SV

FV1

C.1400

D. Jo:s Andreas Guizzi Ecclesiæ S. Jo:is Baptæ Terræ Guardamilij Præ-
positus, et Vicarius Foraneus Epus, ac S. Officij Placentiæ 1729

~~t. 2 32.~~

A l. 181

~~17419~~

489

AVG. HVNNÆI

# DE SACRAMENTIS ECCLESIAE CHRISTI Axiomata.

QVIBVS B. THOMÆ AQVINATIS Doctrina de ijſdem Sacramentis in Tertia Summæ Theologiæ parte, eiuſque Supplemento tradita, à diſputationum prolixitate ad ſummam breuitatem memoriæ gratiſsimam reuocatur.

ADIVNCTIS SCHEMATIBVS, QVAE METHODVM, quam B. Thomas ibidem in Sacramentorum materia, explicanda ſequitur, breuiter, ac dilucidè ab oculos ponunt.

*Opus poſt diligentem recognitionem, atque caſtigationem, nunc quarto in lucem prodiens, & omnibus tam Catechiſmi, quàm Sacræ Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.*

VENETIIS, M D XXCIIX.
Apud Iuntas.

# R.do In Chriſto Patri
# D. IOANNI LINDANO
## GERTRVDANI COENOBII
## apud Louanienſes Abbati præſtantiſ.

### *Et viro, cùm generis nobilitate, tùm virtutis, & eruditionis laude clariſſimo.*

### AVGVSTINVS HVNNAEVS. S. P. D.

*CVM ante annos decem in veſtro Gertrudano cœnobio, ampliſſime Preſul, quartum Sententiarum librum, in quo de ſacramentis agitur, prælegerem; idemq; argumentum ex Summe B. Thomæ Aquinatis tertia parte diſputarem; inter alias cōmonitiones, frequenter meos diſcipulos ad locos communes Theologicos ſibi comparandos (in quibus tanquam in commodis quibuſdam & bene digeſtis ſcriniolis, quicquid apud vllum ſcriptorem memorabile & ſcitu dignum reperirent, ita diſponere atque recondere poſſent, vt quocunque in poſterum tempore eius vtendi ſeſe offerret occaſio, paratum haberent) cohortari ſolebam: Illud adijciens; ſi vniuerſam Summæ Theologicæ B. Thomæ Aquinatis doctrinam (quæ ipſa tota per locos communes eſt digeſta) ſummatim & quàm pauciſſimis fieri poſſet axiomatibus (omnibus ex vtraque diſputationis parte argumentis ſubtractis (comprehenderent, itaque comprehenſam omni cura atq; diligentia memoriæ mandare niterentur, vtiliſſimam eos nauaturos operam, vberrimumq; ſui laboris inde fructum percepturos eſſe.*

*Ipſe quoque, vt non modo verbis, ſed etiam opere & exemplo, iſtius generis ſtudij Theologici vtilitatem illis commendarem; cœpi ea, quæ B. Thomas in ſua Summa de Sacramentis, doctiſſime quidem, ſed admodum prolixe, diſputat ad eum, quem iam dixi modum, contrahere: quem quidem conatum, licet frequenter grauiſſimis meæ profeſſionis Theologicæ occupationibus interruptum & intermiſſum, Deo tamen vires ſuppeditante, tandem ad optatum perduxi finem: & ita perduxi, vt plerique amici noſtri, ijdemq; viri doctiſſimi, quod præſtiteram ſibi magnopere placere, & ſi in lucem ederetur, fore vt hoc adminiculo, Theologiæ ſtudioſis adoleſcentibus, & laboris plurimum leuaretur, & vtilitatis, non parum, tum propter rei commoditatem, tum etiam propter induſtriæ imitationem compararetur, aſſererent.*

*Quorum iudicium, tum quod per ſe maximi apud me eſſet momēti, tum etiam quòd idem ipſa experientia antea compertum haberem, non potui non probare atque ſequi. Vehementer enim animum meum commouebat, quòd pleroſque ex meis diſcipulis magnos breui tempore in ſtudio Theologico, hac, vt mihi perſuadebam, ſtudendi ratione progreſſus feciſſe animaduerterem, qui poſtea ad Baccalaureatus gradum conſcendentes, luculentum ſuæ eruditionis documentum publice dederunt: inter quos non poſtremus erat dominus Adrianus Beaufortius tunc adoleſcens maximæ ſpei, nunc autem vir & pietate ſingulari & diſciplinæ monaſticæ, tum in ſua vita inſtituenda cultor diligentiſſimus, tum in aliorum formandis moribus grauiſſimus (vt ex laudabili eius Prioratu, quo ſeptimum iam fungitur annum, omnibus eſt notum) atque optimus præceptor.*

*Itaque maiorem publicæ vtilitatis, quàm noſtri nominis, rationem habendam eſſe exiſtimantes, paſſi ſumus hanc, licet rudem adhuc, & parum pro argumenti dignitate, & noſtri ſæculi excellenti eruditione, expolitam (neq; enim nobis per continuas & grauiſſimas quotidianæ profeſſionis Theologicæ occupationes neceſſarium ad eam expoliendam tempus adhibere vacauit) lucubratiunculam in lucem ad communem ſtudij Theologici vtilitatem ac facilitatem promouendam, exire.*

*Cum autem longo iam vſu, plurimiſque doctorum hominum exemplis receptum videremus,*

*vt eiuſmodi teneri adhuc literarij fœtus, quo publicæ lucis radios facilius ferre, & aduerſus obtrectatorum iniurias tutiores eſſe poſſint, eximij alicuius, & auctoritatis dignitatiſque ſpectatæ viri patrocinio, atque tutelæ commendentur, eique dedicentur, tam vſitatam, & tanto doctiſſimorum hominum vſu receptam celebratamque conſuetudinem, nequaquam negligendam duximus.*

*Itaque cum multum diuque apud nos cogitantes, iſtorum tertiæ partis Summæ B. Thomæ axiomatum nunc primum prodeuntium in lucem patronum atque protectorem, cui & grata eſſent, & cuius auctoritate, nominiſque ſplendore candidis lectoribus commendatiora, & ab inuidorum, maledicorumque obtrectationibus, tutiora redderentur quæreremus; tametſi non pauci tales nobis occurrerent, qui tibi tamen, reuerende Præſul, hac in parte præferendus videretur, occurrebat nemo.*

*Mouebat enim me non parum, quòd ex vniuerſo Gertrudanorum conuentu, in quo complures pietate, doctrina, & gubernandi dexteritate præſtantes viros eſſe omnibus palam eſt, te propter ſumma tua in Gertrudanum cœnobium merita, maximamque tui Prioratus, quo idem cœnobium per decem totos annos recte, ſapienterque adminiſtraſti, laudem, cæteris poſtpoſitis, Abbatem electum & confirmatum; Regia maieſtate electionem comprobante viderem.*

*Quocirca & meum & bonorum omnium commune gaudium (quod licet multi apud vos eodē honore digni fuerint; tibi tamen vt digniſſimo & maxime omnium idoneo hic honor ſit delatus) mea voce teſtandum, omnibuſque, quibus hunc honorem & gratum & felicem accidiſſe arbitrabar, arrepta iſtius libelli ſub tuo nomine diuulgandi occaſione, & gratulandum putaui.*

*Veſtro igitur in primis Gertrudano cœnobio gratulor, quòd D. Philippo Hoſdenio piæ memoriæ Abbate laudatiſſimo (cuius laudes ab omnibus omnium ordinum hominibus certatim celebrantur, & celebratu digniſſimæ ſunt) orbatum, nunc ad ſuum dolorem leniendum, talem Abbatem, qui D. Philippi Hoſdenij virtutem atque laudem vel ſuperaturus, vel certe æquaturus ſperetur, ſit nactum.*

*Toti quoque noſtræ Gertrudanæ parœciæ gratulor, quòd cum nacta ſit ſuperiorem paſtorem, qui Heluordienſium paſtoratu per ſex annos recte laudabiliterq; adminiſtrando, maxima dedit ſuæ in parœcia gubernanda dexteritatis, atque prudentiæ documenta.*

*Pauperibus quoque & calamitoſis omnibus eſt cur gratulari debeam: horum enim te benignum parentem atque patronum fore, in eorumq; ærumnis & calamitatibus conſolandis, atque ſubleuandis domini Philippi Hoſdenij anteceſſoris tui (quia hac ex re & apud Deum, & apud homines ſummam conſecutus eſt laudem) veſtigia ſecuturum eſſe, me alijsque parœciæ optimatibus quum tibi hunc gratularemur honorem, & vt fœlix fauſtuſque parœciæ, totique Chriſtianæ reipublicæ eſſet precaremur, præſentibus & audientibus ſpopondiſti.*

*Huc accedebat, quòd hoc opuſculum in veſtro cœnobio primum, dum idem argumentum apud vos diſputarem, eſſet meditatum; & quòd veſtri cœnobij religioſis adoleſcentibus, paſtoratu aliquando functuris, vtiliſſimum fore videretur.*

*Cupiebam denique noſtræ amicitiæ iam inde à tua pueritia, dum ante annos triginta prima Grammatices rudimenta in florentiſſimo apud Louanienſes Caſtrenſi gymnaſio me præceptore vnà cum domino Carolo fratre tuo, nunc Parcenſi Abbate præſtantiſſimo diſceres, inchoatæ, & ab eo tempore ſemper continuatæ, manifeſtum ſempiternumque extare monumentum.*

*Has ergo aliaſque ob cauſas plurimas, quas ſtudio breuitatis prætereo, iſtam tibi dicatam, ornatiſſime præſul, lucubratiunculam (perexiguam quidem, ſi in ea quod noſtrum eſt, tantummodo ſpectetur; ampliſſimam vero & longe maximam, ſi doctrinæ in ea incluſæ, quam à B. Thoma ſumus mutuati, pretioſiſſimus incomparabiliſque theſaurus conſideretur) & certe ab animo, tum veſtræ, tum vniuerſi veſtri cœnobij dignitatis, laudis atque vtilitatis ſtudioſiſſimo profectam, pro tui pectoris mihi à tot annis probe perſpecti candore, ac conſueta, & ab omnibus prædicata humanitate, æqui, boniq; conſulere; meq; inter ſinceriſſimos eius honoris, qui tibi paucis abhinc diebus, diuina prouidentia ita diſponente, tuiſq; meritis ſuffragantibus, obtigit, fautores habere digneris.*

*Deus Opt. Max. ſua gratia in te largiter effundenda faxit, vt maximæ, præclariſſimæq; omnium bonorum de te expectationi, tum ſapiente Gertrudani cœnobij moderatione, tum religioſa & ſancta inſtitutione vitæ, vniuerſiq; tui muneris laudabili functione cumulate ſatisfacias, Vale. Dat. Louanij anno Domini M. D. L X I X. Kalendis Octobribus.*

# AVGVSTINI HVNNÆI DE SACRAMENTIS AXIOMATA.

## Vniuerſam B. Thomæ Aquinatis in Tertia ſuæ Summæ parte, de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis doctrinam, in nonaginta nouem locos communes diſtributam, breuiter & dilucidè complectentia.

*Adiectis in verſiculorum interuallis, & ad marginem numeris ſibi mutuo reſpondentibus, qui quoto cuiuſque quæſtionis articulo, idem apud Thomam dicatur, oſtendunt.*

## DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De Sacramentis in gñe hæc apud Thomam, & in ſequẽtibus axiomatibus explicantur.
- Sacramẽti in genere natura & propria ratio. Quæſtione. 60.
- Sacramẽtorum
  - Neceſſitas. 61.
  - Effectus.
    - Primarius, qui eſt gratia in omnibus Sacramentis. 62.
    - Secundarius, qui eſt character in tribus tantũ Sacramentis. 63.
  - Cauſa, ſeu auctor, & miniſter. 64.
  - Numerus. 65.

### AXIOMA I.

*Ex tertiæ partis quæſt. 60. quæ in octo partes diſtributa, hic primo axiomate tota breuiter continetur. Sacramẽti in genere natura, & propria ratio.*

2 Sacramentum eſt rei 2 ſacræ, quæ homini ſanctitatẽ
4 affert, 4 ſenſui expoſitum 1 ſignum, 3 quod & Chri-
1 ſti memoriam renouat, & futuræ beatitudinis gloriam
3 prænuntiat. 5 Atqui vt in ſingulis ſacramentis, certæ
5 & definitæ res ſignificantes, materiæ loco ſunt adhibẽ-
6 dæ, 6 7 ita certa definitaque verba, quæ formæ locum
7 teneant, iſtis rebus accedere debent, 8 neque illis quic-
8 quam addere, aut ſubtrahere, licet per quod legitimæ
formæ ſenſus euertatur.

### AXIOMA II.

*Sũma q. 61. quadrifariã apud B. Thomam diſtributa. Sacramentorum neceſſitas.*

2 Durante quidem innocentiæ ſtatu, nullis vel ad ſanã-
dam, vel ad perficiendam ſuam naturam egebat homo
Sacramentis. At poſt illum optabilem ſtatum culpa pri-
mi parentis amiſſum, ſacramenta hominibus neceſſa-
3 ria eſſe cœperunt. 3 ijs quidem qui Chriſti aduentum
anteceſſerunt, ad ſuam de Chriſto naſcituro & paſſuro
4 fidem profitendam: 4 ijs vero qui poſtea fuerunt vel
erunt, ad ſuam de Chriſto iam nato & paſſo fidem teſti-
1 ficandam, & 1 vtriſque ad æternam animi ſalutem
conſequendam.

### AXIOMA III.

*Summ. q. 62 in ſex par. diſtributa. Sacramentorum effectus principalis, q. eſt gratia.*

1 1 Nouæ legis Sacramenta, non quidẽ vt cauſæ prin-
4 cipales, ſed vt inſtrumenta diuinæ miſericordiæ, 4 ui
5 sua ex Chriſti 5 paſſione accepta, gratiam talem confe-
2 runt, 2 per quam vltra dona, & virtutes, quoddam di-
uinum auxilium, ad facilius Sacramenti finem conſe-
3 quendum accedit: Vnde perſpicuum eſt 3 gratiã in ſa-
cramento, vt rem in ſuo ſigno, & vt effectum in inſtru-
6 mento, contineri. 6 Cæterum veteris legis Sacramen-
ta ſalutaris quidem fidei in Chriſtum ſymbola quædã
erant, at gratiæ conferendæ nullam vim nullamq; effi-
cacitatem penitus habebant.

### AXIOMA IIII.

*Summ. q 63 in ſex par. ut ſuperior diuiſæ. Sacrorum quorundã effectus ſecundarius, qui eſt character.*

1 1 Per 6 nouæ legis tria Sacramenta, Baptiſmum,
6 Confirmationem, & Ordinem, ſuſcipientium animis
2 ſpiritalis quidam character imprimitur, 2 qui nihil
3 aliud eſt, niſi facultas quædam 3 ſpiritalis a Deo pro-
fecta, & ad diuinum culrum rite peragendum, animæ
4 parti intelligenti, vt 4 ſuo ſubiecto impreſſa, q̃ 5 nul-
5 lo vnquam tempore deleri aut obliterari poteſt.

### AXIOMA V.

*Summ q 64 quæ in decẽ quæſtion. à B. Th diſtributa eſt. Sacramentorum cauſa ſeu auctor & miniſter.*

2 2 Quemadmodum Sacramentorum auctor & inſti-
1 tutor eſt ſolus Deus, 1 ita quoque interni eorum effe-
ctus primaria & principalis eſt cauſa, homo vero tan-
3 tummodo miniſter. 3 Itaque Chriſtus vt Deus quidẽ
ſua auctoritate internum Sacramenti effectum, vt ho-
mo autem meritis operatur, miniſterijq; (principalis ta-
4 men & longe excellentiſſimi) poteſtatem habet. 4 Hinc
tametſi Chriſtus poteſtatem, quam in Sacramentis, vt
homo obtinebat, cum alio homine communicare po-
tuerit, auctoritatem tamen quam in ijſdem, vt Deus
habebat, nemini mortalium non magis quàm ſuam ip-
ſius diuinitatem impertiri potuit. De Sacramentorum
autem miniſtris ita ſentit atque docet Catholica Chriſti
6 Eccleſia, 6 improbos peccare quidem miniſtrando Sa-
5 cramenta, 5 ipſa vero Sacramenta miniſtrorum per-
7 uerſitate, neque pollui, neque impediri: 7 licet angelis
à Deo concedi potuerit, non tamen conceſſam eſſe, ſed
hominibus duntaxat Sacramentorum diſpenſationem:
9 in Sacramentorum miniſtris 9 non fidem, ſed 8 rectã
8 intentionem eſſe neceſſariam, 10 non tamen quamli-
10 bet, ſed eã duntaxat, quæ directe reſpicit ipſum Sacr̃m.

### AXIOMA VI.

*Summ q. 65 quadrifa. diſtributa. Sacrorum numerus.*

1 1 Septem ſunt Eccleſiæ Sacramenta, 2 hunc inter
2 ſe ordinem habentia, vt baptiſmum primum locum te-
nentem Confirmatio, Confirmationem Euchariſtia,
Euchariſtiam Pœnitentia, Pœnitentiã Extrema Vnctio,
Extremam Vnctionem Ordo. Ordinem vero Matrimo-
4 nium ſequatur, 4 Quæ quidem Sacramenta licet ad

hominis ſalutem promouendam, omnia plurimum habeant momenti; tria tamen dumtaxat ad eam ſunt neceſſaria, nimirum Baptiſmus omnibus, Ordo Eccleſię, & Pœnitentia ijs qui poſt ſuſceptum baptiſmum aliquo ſcelere ſeſe polluerunt. 3 Cæterum quanquam ordine quodam naturali tertius inter Sacramenta locus Euchariſtiæ tributus ſit, dignitate tamen & maieſtate reliquis omnibus longe antecellit.

# DE BAPTISMO.

Ad cuius explicationem
- Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor tractantur,
  - de natura, & propria ratione Baptiſmi 66.
  - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter. 67.
  - de ſuſcipientibus baptiſmum 68.
  - de effectu baptiſmi. 69.
- Deinde de ijs quæ præparationem ad baptiſmum continent, dicitur; videlicet
  - de circuncisione. 70.
  - de catechiſmo & exorciſmo, 71.

## AXIOMA VII.

*Sũma q.66. in 12 par. diſtribu.*

1 1 Ablutio quę fit per aquam accedentibus verbis prę-
9 ſcriptis, proprie eſt Baptiſmus, 9 ex eorum numero
2 Sacramentorum, quæ iterationem non patiuntur, 2 &
in Chriſti baptiſmo, quantum ad ſuam vim & Sacramenti nomen attinet; quantum vero pertinet ad neceſſarium eius vſum, poſt Chriſti mortem & reſurre-
3 ctionem inſtitutus. 3 Cuius materia eſt aqua, 4 etiam
4 mutationem aut mixtionem paſſa, modo aquæ no-
5 men & ſpeciem retineat; 5 forma vero iſta: Ego te ba-
6 ptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti 6
Quapropter non eſſet baptiſmus, qui ſine peculiari Dei conceſſu in nomine Chriſti conferretur. Cæterum de
8 merſione iſtud tenendum, quamuis 8 nec trina, nec 7
7 vnica merſio ad baptiſmum ſit neceſſaria, imo affuſio vel aſperſio aquæ ad baptiſmi veritatem ſufficiat; trinam tamen merſionem, niſi aut ſcandali, aut hæreticorum moris vitandi cauſa, ſine graui peccato omitti
10 non poſſe. Eſt enim conueniens ille ritus, 10 quemadmodum & cæteri, quibus in hoc ſacramento vti con-
11 ſueuit Eccleſia. 11 At de tribus baptiſmorum generibus, quæ ſunt aquæ, ſanguinis & flaminis baptiſmus, ita ſentit eccleſia; vt primo effectum baptiſmi cum nomine ſacramenti, cæteris vero duobus effectum tantum
12 modo, 12 eumque ſanguinis baptiſmo excellentiſſimum perfectiſſimumque tribuat.

*Baptiſmi natura, & propria ratio.*

## AXIOMA VIII.

*Sũma q.67. in octo qõ. diſtributa.*

2 Tametſi proprius & ordinarius baptiſmi miniſter, 1
1 non diaconus, ſed ſacerdos ſit, in ſacerdotis tamen ab-
3 ſentia non modo diacono & clerico cuius, ſed etiam 3
4 laico & 4 mulieri, & quod amplius eſt, non 5 ba-
5 ptizato, neceſſitate vrgente baptizandi poteſtas conceditur: peccarent nihilominus ſinguli iſtorum, ſi aut extra neceſſitatem, aut alioqui ad dignitatem ſacerdotalem propius accedente, præſente, baptizandi par-
6 tes temere inuaderent. 6 Duo quoque ſimul, modo vſitatam in eccleſia formam vterque ſeruet, vnum eundemque hominem baptizare poſſunt. Si vero ſuis perſonis formam accommodantes, pro, Ego te baptizo, dixerint: Nos te baptizamus, veriſimile eſt vanum & irritum illorum conatum fore. De ſuſceptori-
7 bus vero iſtud tenendum, 7 ſuſceptorem aliquem velut Pedagogum eius qui baptizatur adhiberi oportere, non propter Sacramenti neceſſitatem, ſed propter ſalu-
8 tis baptizandi curam maiorem: 8 ad munus enim ſuſceptoris pertinet, ſi baptizati parentes ſuo non fungantur officio, eniti vt baptizatus Catholica ſanaque fide, & ſanctis Chriſtianiſque moribus imbuatur.

*Baptiſmi miniſter.*

## AXIOMA IX.

*Sum. q. 68. in 12. qõ. diuiſa.*

1 1 Omnibus in vniuerſum baptiſmus, vel qui reipſa,
2 vel ſaltem qui 2 propoſito ſuſcipitur, eſt ad ſalutem
9 neceſſarius, & in 9 paruulis nunquam in 3 adultis
3 vero fere ſemper eſt differendus, 5 habetque ex paſ-
5 ſione & morte Chriſti vim tantam ad eradendas peccatorum, quæ inuenit, maculas, vt nulli baptizato ſatiſ-
4 factionis nomine quicquam ſit præſcribendum. 4 Peccatores tamen quos delictorum ſuorum pœnitet, non quos veſana libido peccandi adhuc tenet, ſunt ad hoc
6 Sacramentum recipiendi. Licet enim hic 6 externa peccatorum confeſſio non requiratur: interna tamen quæ Deo fit, & peruerſæ vitæ prioris abominatio ad
7 huius Sacramenti fructum percipiendum, 7 intentio vero baptiſmi accipiendi adultis etiam ad characterem
8 ſuſcipiendum eſt neceſſaria: 8 poteſt nihilominus ſine recta fide quiſpiam baptiſmi characterem ſuſcipere, non autem gratiam aut fructum eius percipere. Et licet ſine mora paruulis (vt ante diximus) hoc Sacra-
10 mentum impertiendum ſit, 10 non ſunt tamen baptizandi aut Iudæorum aut aliorum infidelium liberi ra-
12 tione nondum vtentes parentibus inuitis, 12 neque amentes aut furioſi, niſi vel a natiuitate ſemper eo vitio laborarint, vel ante ſuam amentiam, baptiſmum
11 ſe deſiderare ſignificarint, 11 Eos vero qui in vtero materno adhuc incluſi tenentur, cum ablui nequeant, clarum eſt nec baptizari vllo modo poſſe.

*Baptiſmũ ſuſcipiẽtes*

## AXIOMA X.

*Sũma q.69. in 10 par. diſtributa.*

1 1 Baptiſmus omnium quæ inuenit, peccatorum ma-
2 culas abluit, & 2 culpam ſimul cum pœna tollens, 4
4 gratia ac virtutibus decorat 6 nõ minus infantes quàm
6 adultos, 5 mentem illuſtrat, Chriſti corpori hominem
5 inſerit, & quaſi fęcundum ad proferendas ſanctas actio
7 nes reddit: 7 Regni quoque cœleſtis ianuam patefa-
3 cit. 3 Moleſtias tamen, cruciatus & dolores vitæ præ-
8 ſentis ob multas cauſas non aufert. 8 Porro licet omnes eodem modo affecti proprium & ordinarium baptiſmi effectum æqualiter participent, in eo tamen quod vltra baptiſmi inſtitutionem diuina bonitas elargitur, magna eſt varietas, etiam ſi paria ſint baptizato-
9 rum merita. 9 Iſtud quoq; certum eſt, quemadmodum mentis ſinceritas & integritas ad baptiſmi ſalutares effectus percipiendos neceſſariæ ſunt, ita fictione & per-
10 uerſitate eoſdem effectus impediri & prohiberi. 10 Nihilominus tamen his impedimentis poſtea ſublatis baptiſmus ante ſuſceptus proprios natiuoſque gratiæ & virtutum effectus, non ſecus quàm ſi nullum fuiſſet impedimentum, ſortitur.

*Baptiſmi effectus.*

## AXIOMA XI.

*Sũma q.70. quadrifariã diuiſa.*

1 1 Figura & præparatio quædam futuri baptiſmi erat
2 Circunciſio, 2 quæ quum fidei Chriſti confeſſionem contineret, recte in Abrahamo, qui primus de Chriſto
3 naſcituro promiſſionem accepit, fuit inſtituta, 3 adiunctis ei ritibus conuenientiſſimis, vt qui ab illo, cuius ſapientiæ nullus eſt finis, fuerant dictati atque præſcri-
4 pti. 4 Peccati vero originis condonatio, aliæque gratiæ, quæ in Circunciſione Iudæis contingere ſolebant, non ad Circunciſionis propriam vim, ſed ad fidem de futura Chriſti paſſione atque morte referri debent.

*Circunciſio.*

## AXIOMA XII.

*Sũma q.71. quadrifar. vt ſuperior diſtributa.*

1 1 Baptiſmum Cathechiſmus quo doctrina fidei tra-
2 datur, 2 Cathechiſmum vero exorciſmus, 3 quo mali-
3 gni ſpiritus expellantur, ſenſuſque ad ſalutis myſteria percipienda aperiantur, antecedere debet, ac vterque
4 tam cathechiſmus quàm exorciſmus ad 4 officium pertinet ſacerdotis, qui tamen in cathechiſmo tradendo, lectoris, in exorciſmis vero peragendis exorciſtæ vtitur miniſterio.

*Cathechiſm⁹ & exorciſmus.*

# DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

## AXIOMA XIII.

*Sũma q.72. in 12 par. diuiſa,*

1 1 Confirmatio recte inter ſeptem Sacramanta nume-
5 ratur, quippe quę 5 characterem vt baptiſmus, imprimit,

7 primit, 7 & gratiam vt cætera omnia Sacramenta, im-
8 pertitur: ob idque 8 nemini idoneo eſt neganda, 11
11 neque ab alio quàm ab epiſcopo adminiſtranda. 2 Hu-
2 ius conueniens materia eſt chriſma ab 3 Epiſcopo con-
3 ſecratum: forma vero iſta; Conſigno te ſigno crucis,
& confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, &
9 Filij, & Spiritus ſancti. 9 Locus autem in quo adhibe-
12 ri debet eſt frons, metus & verecundiæ ſedes. 12 Qui
quidem ritus, & cæteri omnes qui in hoc Sacramento
6 fiunt, admodum ſunt conuenientes. 6 Et licet ne-
mo niſi baptizatus ad Confirmationem ſuſcipiendam
10 ſit idoneus, 10 in Confirmatione tamen vt in Baptiſ-
mo adeſſe oportet, qui confirmatum erudiendi partes
ſuſcipiat, non quidem primis illis Chriſtianæ fidei eru-
dimentis, ſed ijs artibus, quibus in Chriſtiana & ſpiri-
tali militia ad vincendum eſt opus.

*Confirmationis ſacramentũ.*

# DE EVCHARISTIA
## IN GENERE.

Ad Euchariſtię explicationem iſta octo tractantur, videlicet de
- ipſo Sacramento euchariſtiæ, quæſt. 73.
- materia eius
  - ſpecie materię 74.
  - tranſſubſtãtiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. 75.
  - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
  - accidentibus panis & vini. 77.
- forma eiuſdem 78.
- effectibus 79.
- accipientibus Euchariſtiam 80.
- modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtię Sacramento 81.
- idoneo Euchariſtiæ miniſtro 82.
- ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.

### AXIOMA XIIII.

*Sũma q. 73. in ſex par. diſtributa. Sacramentum.*

4 4 Euchariſtia tametſi ob varias ſignificationes, quas
6 in ſe continet, multis nominibus recte appelletur, 6 va-
rijſque figuris (inter quas pręcipua fuit agni paſchalis
immolatio) propter multa quę cõplectitur, fuit adum-
2 brata, 2 vnicum tamen eſt 1 Sacramentum, 5 mul-
1 tis, grauiſſimiſque de cauſſis a Chriſto in vltima cœ-
5 na inſtitutum, 3 & homini non quidem ſimpliciter,
3 ſed ex parte rei duntaxat ad ſalutem neceſſarium.

### AXIOMA XV.

*Sũma q. 74. in octo par. diuiſa. Euchariſtię materia.*

1 1 Euchariæ Sacramenti legitima materia eſt pa-
3 nis 3 triticeus, ſiue 4 azymus ſit, ſiue fermentatus, 5
4 & vinum ex vuis expreſſum, cui dum 6 offertur, 8 pau-
5 xillum aquæ, 7 non propter Sacramenti neceſſitatem,
6 ſed ad populi fidelis cum Chriſto vnionem ſignifican-
8 dam admiſceri debet. 2 Quorum quantitas vſu, & eo-
7 rum fidelium qui hoc Sacramentum percepturi ſunt,
2 numero metienda eſt atque definienda.

### AXIOMA XVI.

*Sũma q. 75. in octo par. diuiſa. Tranſſubſtantiatio.*

1 In Euchariſtiæ Sacramento ita panis 1 in verum
7 Chriſti corpus, & vinum in verum eius ſanguinem
4 puncto 7 temporis 4 3 conuertuntur, vt poſt conſecra-
3 tionem 5 ſolis accidentibus remanentibus 2 6 nihil de
5 illorum ſubſtantia relinquatur. Vnde 8 liquet hoc pro-
2 nuntiatum, Ex pane fit Chriſti corpus, etiam ſermonis
6 proprietate retenta, veritati eſſe conſentaneum.
8

### AXIOMA XVII.

*Sũma q. 76. in octo par. vt ſuperior diſtributa.*

1 In Euchariſtię Sacramento non modo ſub 1 2 vtra-
2 que ſpecie & panis & vini, ſed 3 etiam ſub vtriuſque
3 ſpeciei qualibet parte; ſiue fracta, ſiue integra ſit ho-
4 ſtia, totus Chriſtus cum 4 omnibus ſui corporis dimen-
5 ſionibus exiſtit. 5 Non tamen continetur Chriſti cor-
pus in hoc ſacramento vt quantitas dimetiens in loco,
6 ſed vt ſubſtantia ſub dimetiente quantitate, 6 neque
per ſe, ſed per accidens duntaxat, ad motum hoſtię de
7 loco in locum transfertur: 7 nullo quoque ſenſu cor-
poris, imo ne imaginatione quidem, (vt eſt in hoc Sa-
8 cramento) ſed mente duntaxat percipi poteſt. 8 Quando vero per miraculum vel caro vel puer poſt conſecra-
tionem in hoc Sacramento conſpicitur, cum id rema-
nentibus hoſtiæ dimenſionibus, & mutatione tantum
circa colorem & figuram, aut imaginationem videnti-
tis facta, contingat, credendum veritatem corporis Chri-
ſti etiam ſub eiuſmodi accidentibus eſſe.

*Mod⁹ quo Chriſtus eſt in Euchariſtia.*

### AXIOMA XVIII.

*Sũma q. 77. in octo par. diuiſa. Panis & vini accidentia in Euchariſtia.*

In Euchariſtiæ Sacramento poſt ſtupendam ſubſtan-
tiæ panis & vini in corpus Dominicum conuerſionem,
1 per miraculum 1 quantitas dimetiens in qua 2 cætera
2 accidentia inhærent, non modo incolumis ſine ſubie-
cto manet, ſed etiam proprietatem & munus materiæ
5 nanciſcitur. Quapropter & 5 generari & 6 nutriri ali-
6 quid ex ea poteſt. 3 Quod autem externum corpus im-
3 mutet, & quòd 7 frangi atque 4 corrumpi cum cęte-
7 ris accidentibus queat, id ex propria eius natura citra
4 miraculum accidit. Iſtud vero ſciendum, Chriſti corpus
ſub iſtis accidentibus quando immutantur tandiu re-
manere, quandiu panis aut vini ſubſtantia eadem nu-
8 mero permanſiſſet. 8 Itaque ſi in vinum conſecratum
aliquantulum alieni liquoris infundatur (modo vniuer
ſalis commixtio non fiat) ſub parte commixta quidem
eſſe deſinet, at ſub alijs partibus mixtionis expertibus
remanebit verus Chriſti ſanguis.

### AXIOMA XIX.

*Sũma q. 78. in 6. par diuiſa. Euchariſtię forma.*

1 1 Legitima & conueniens Sacramenti Euchariſtiæ
2 forma eſt, 2 in pane quidem conſecrando iſta, Hoc eſt
3 enim corpus meum: 3 In vino autem tranſmutando
ea quæ ſequitur: Hic eſt enim calix ſanguinis mei no-
ui & ęterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis
& pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.
5 Quarum formarum verba cum 5 veriſſima ſunt, 4 tum
4 in admirabili panis & vini in corpus Dominicum effi-
cienda conuerſione per vim creatam ſibi inſitam diui-
6 næ potentię ſunt inſtrumenta. 6 Quare palam eſt, con-
ſecrationis panis effectum, vini conſecrationis effectus
tempore eſſe priorem.

### AXIOMA XX.

*Sũma q. 79. in octo par. diuiſa. Euchariſtię effect⁹.*

1 1 Euchariſtiæ Sacramentum, & in pręſens gratiam
2 impertitur, & ad 2 ęternam gloriam in poſterum conſe-
3 quendam plurimum valet. 3 Licet enim lethalia pec-
cata quę hominem ſcientem & volentem obſtrictum
4 adhuc tenent, non tollat, 4 venialia tamen ſola inuen-
ta & ea lethalia quę è memoria exciderant, ex animo
5 delet atque abluit. 5 Pręterea de pœna poſt culpam di-
miſſam relicta tantum adimit, quantus eſt vel offeren-
tis vel accipientis hoc Sacramentum, charitatis affe-
6 ctus. 6 Pręmunit etiam hominem, digne ipſum acci-
pientem, veluti ſalutare quoddam pharnacum aduerſus
7 peccatorum ſemper impendens periculum. 7 Nec ſu-
mentibus modo, ſed ijs etiam, pro quibus offertur,
8 prodeſt. 8 Neque venialia peccata iam pręterita vim
eius impediunt, neque etiam pręſentia, niſi ex ea parte
duntaxat qua animum ab omnis vitij labe purum, ſpi-
ritalis ſuauitatis iucunditate hoc Sacramentum perfun
dere ſolet.

### AXIOMA XXI.

*Sũma q. 80. in 12. par. diſtributæ. Euchariſtię ſumptio.*

1 1 Ex duplici Sacramenti Euchariſtię ſumendi ratio-
2 ne, quarum altera ſacramentalis eſt, altera ſpiritalis, 2
ea quę ſpiritalis dicitur, & homini iuſto propria eſt,
11 & 11 adulto ad ſalutem neceſſaria. De ſacramentali
3 vero ſumendi ratione hæc tenenda ſunt: 3 non ſolum
iuſtos, ſed etiam peccatores iſtius ſumptionis eſſe par-
5 ticipes. 4 qui in ea graue quidem, 5 non tamen om-
6 nium grauiſſimum committunt peccatum. 6 Publico
peccatori etiam petenti (non autem ei cuius peccatum
ſit occultum) a ſacerdote Euchariſtiam eſſe denegan-

7 dam: 7 eum qui Euchariſtiam accipit nocturna pollu-
tione antegreſſa, peccare, grauiter quidem ſi eiuſmo-
di pollutio ex culpa lethali acciderit, leuiter uero ſi
aliunde ſit profecta, & neque perpetua ſit, neque diu-
8 turna: 8 Ante omnem cibum & potum, (niſi mortis,
propter morbi grauitatem, periculum timeretur) ſumen
9 dam eſſe Euchariſtiam: 9 Ex illis qui mentecapti ſunt,
ijs duntaxat euchariſtiam dandam eſſe qui de vita peri-
clitantur, & ante voluntatis huius Sacramenti accipien
10 di aliquod ſignum dederint: 10 Poſt debitam & ſuf-
ficientem animi præparationem recte ſumi iſtud Sacra-
mentum, ſiue quotidie id fiat, ſiue poſt longius inter-
12 iectum temporis interuallum: 12 Laudandum eſſe il-
larum eccleſiarum conſuetudinem, quæ hoc Sacramen-
tum, ſacerdotibus quidem ſub vtraque ſpecie accipere
iubent: reliquo autem populo ſub panis tantummodo
ſpecie, propter effuſionis periculum, impertiuntur.

## AXIOMA XXII.

*Sũma q.81. quadrifar. diuiſæ.*
Euchariſtia quõ vſus ſit Christus.

3 Chriſtus corpus ſuum 3 læſionibus & morti adhuc
1 obnoxium, & 1 ipſe ſumpſit, & diſcipulis ſuis 2 vnà
2 cum Iuda ſumendum obtulit. 4 Quoniam vero quod
3 Chriſto ſine reſpectu ad externa conuenit, idem quo-
que ipſi ſub iſtius Sacramenti velanime exiſtenti con-
uenire recte creditur, conſequens eſt ſi quis Euchari-
ſtiam tempore mortis Chriſti in aliquo loco ſeruaſſet,
non minus in eo quàm in cruce Chriſtum fuiſſe mo-
riturum.

## AXIOMA XXIII.

*Sũma q.82. in 10. quæſtio diuiſæ.*
Euchariſtię miniſter.

1 1 Sacramenti Euchariſtiæ conſecratio ita ſacerdotis
2 eſt propria, vt per alium confiteri non poſſit. 2 Plu-
res quoque ſacerdotes, quorum intentio ad vnum tem-
poris punctum referatur, vnam eandemque hoſtiam
10 conſecrare poſſent. 10 Omniſque ſacerdos aliquan-
4 do rem diuinam facere, & 4 poſt conſecrationem Eu-
chariſtiam ipſe ſumere debet. Nec modo probus ſacer-
5 dos, ſed etiam 5 improbus, 7 ſchiſmaticus, anathe-
7 mate damnatus, hæreticus, imo etiam 8 degradatus
8 corporis & ſanguinis Dominici conſecrandi poteſta-
9 tem habet: 9 qua tamen quatuor poſteriores nec ipſi
vti, nec alij ipſis vtentibus adeſſe ſine peccato poſſunt.
Improbi vero ſacerdotes ipſi quidem rem diuinam
faciendo peccant, cæterum alij ipſam audiendo, vel
Sacramenta ab ipſis percipiendo in nullam incurrunt
culpam, modo eiuſmodi ſacerdotibus ſuæ poteſtatis
6 per auctoritatem eccleſiæ non ſit adempta executio. 6
Proborum tamen ſacerdotum Miſſæ, non quidem ra-
tione conſecrationis, ſed precum meritis, aliorum ſa-
3 cerdotum Miſſis ſunt pręferendę. 3 Diſtributio autem
iſtius Sacramenti ſic ad munus ſacerdotis pertinet, vt
etiam diacono propter propinquitatem quam habet
cum dignitate ſacerdotali, ſanguinis diſtributio con-
cedatur.

## AXIOMA XXIIII.

*Sũma q.83. in ſex qõ diſtributa.*
Euchariſtiæ ritus.

2 2 Sacramenti Euchariſtiæ celebrationi (quæ tum pro-
pter ſuam repræſentationem, tum etiam propter effe-
2 ctus iſtius Sacramenti, recte 1 immolatio Chriſti di-
citur) conuenienter tempus ab hora tertia vſque ad no-
nam, quo Chriſtus grauiſſima tormenta fuit paſſus, at-
3 tributum eſt. 3 Nec minus laudanda eſt ea conſtitutio,
qua propter tanti Sacramenti reuerentiam cautum eſt,
vt in loco conſecrato, cum nulla vrget neceſſitas; aut
vrgente neceſſitate, ſaltem ſuper altare conſecratum
cum Epiſcopi conſenſu, adhibitis ſemper vaſis conſe-
cratis, Hierourgiæ ſolennitas peragatur. Quapropter
& hæc & reliqua omnia quæ in Miſſarum celebratio-
4 ne & 4 dicuntur & 5 fiunt, magno & ſapienti conſi-
5 lio ſunt inſtituta: in 6 qua licet varia & multiplicia
6 incommoda accidere ſoleant, omnibus tamen ſancto-
rum & cordatorum Eccleſiæ antiſtitum prudentia oc-
curri poteſt.

# DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Sacramẽti pęnitẽtię explicatio, ad ſex capita refertur: videlicet ad
- pęnitentiã ipsã
  - quatenus ſacramentum. 84.
  - quatenus eſt virtus 85.
- effectum pœnitentiæ
  - in remittendis peccatis lethalibus 86.
  - in remittendis peccatis venialibus 87.
  - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum 88.
  - quantum ad recuperationem virtutum 89.
- partes pęnitẽtię
  - in genere 90.

    *Quæ ſequuntur ex ſupplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.*
  - ĩ ſpecie de
    - cõtritione
      - quid ſit 1.
      - de quo eſſe debeat 2.
      - quãta eſſe debeat 3.
      - quanto tempore durare debeat 4.
      - de effectu eius 5.
    - cõfeſſione de eius
      - neceſſitate 6.
      - natura & definitione 7
      - miniſtro 8.
      - qualitate 9.
      - effectu 10.
      - ſigillo 11.
    - ſatiſfactione
      - quid ſit 12.
      - an fieri poſſit 13.
      - qualis eſſe debeat 14
      - quibus rebus Deo ſatisfiat 15.
- Suſcipientes Pœnitentiæ Sacramentum 16.
- miniſtrorũ poteſtatem ad claues pertinentem, vbi agitur
  - de clauibus, videlicet de
    - propria vi & natura clauium 17.
    - effectu earum 18.
    - miniſtris clauium 19.
    - his in quibus recte claues exercentur 20.
  - excommunicatione, videlicet de
    - eius propria vi & natura 21.
    - excommunicante & excommunicato 22.
    - communicatione cũ excommunicato 23.
    - abſolutione ab excommunicationis vinculo 24.
  - indulgentijs,
    - de propria earum vi & natura 25.
    - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi 26.
    - quibus indulgentiæ proſint 27.
- Publicam & ſolennem pœnitentiam 28.

## AXIOMA XXV.

*Sũma q.84. in 10. partes diuiſa.*
Pęnitentia vt eſt Sacramentum.

1 1 Pœnitentia, qua ſecundum catholicæ eccleſiæ ri-
tum ſacerdos tanquam Dei miniſter confitentes ſua
7 peccata, abſoluit, verum eſt Sacramentum, 7 recte &
2 conuenienter in noua lege inſtitutum. 2 Cuius mate-
ria eſt, propinqua quidem, pęnitentis actus, remota au-
3 tem ipſa peccata: 3 forma vero iſta. Ego te abſoluo in
4 nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. 4 In qua pro-
nuncianda, tametſi recte, non tamen neceſſario ma-
nus impoſitio adhibetur. Atqui hoc Sacramentum non
5 ſimpliciter homini, ſed 5 ei qui peccauit, eſt ad ſalu-
tem neceſſarium, ſaltem ex ea parte, qua interdum de
8 commiſſo peccato animi dolorem (8 quem peccator
9 quamdiu viuit ſaltem 9 habitu continuare debet) com-
6 prehendit. Itaque 6 recte ſecunda poſt naufragium ta-
10 bula iſtud Sacramẽtum a ſacris Doctoribus vocatur. 10
Ad quam quidem tabulam non tantum ſemel, ſed quo-
tieſcunq; nouorũ peccatorũ fluctibus iactatur animus,
Chriſtiano confugere licet.

## AXIOMA XXVI.

*Summa q.85. in ſex par. diuiſa. Pœnitentia vt eſt virt.*

Pœnitentia ex ea parte, qua laudabilem moderatio-
nem doloris ob peccatum commiſſum, quatenus in eo
Dei offenſa eſt, ſuſcepti, cum propoſito vitæ emendan-
1 dæ continet, 1 virtus eſt 2 ſpecialis, 3 iuſtitiæ vt ſuo
2 generi ſubiecta, 6 fide & ſpe ſecundũ naturæ & tem,
3 poris ordinem poſterior. Charitatem vero naturæ non
6 temporis ordine ſequens: 5 cuius principium eſt ti-
5 mor tam ſeruilis quàm ingenuus, 4 ſubiectum vero
4 pœnitentis voluntas.

## AXIOMA XXVII.

*Summa q.86. in 6. par. vt ſuperior, diuiſa. Pœnitentiæ effectus in peccatis lethalibus delendis.*

6 6 Pœnitentia & qua ratione eſt virtus, & magis qua
1 ratione Sacramentum dicitur, peccatum remittit. 1 At-
que ſicut nullum eſt tantum hominis ſcelus, quod in
2 præſenti ſeculo per Pœnitentiam deleri non poſſit, ita 2
nullum lethale peccatum ab homine poſt vſum ratio-
nis perpetratum, ſine Pœnitentia, ſaltem ea quæ vir-
3 tus eſt, remittitur: fieri 3 quoque non poteſt, vt vnum
peccatum ſine alijs (ſi qua ſint alia in eodem homine)
4 per pœnitentiam deleatur. 4 Remiſſa tamen per pœ-
nitentiæ Sacramentum culpa lethali, vna cum æterna
pœna illi debita, remanet adhuc temporalis pœnæ ſol-
5 uendæ obligatio, 5 & nonnullæ prauæ ex ſuperiori
peccato contractæ diſpoſitiones.

## AXIOMA XXVIII.

*Summa q.87. quadrifar. diuiſa. Pœnitentiæ effectus in peccatis venialibus delendis.*

1 Ad 1 peccati venialis remiſſionem Pœnitentia ali-
2 qua ex parte, 2 non autem nouæ gratiæ infuſio eſt ne-
3 ceſſaria. 3 Itaque per ſolam aquæ luſtralis aſperſionem
ex gratia proficiſcentem, peccata venialia, accedente
eorum vel expreſſa, vel ſaltem tacita deteſtatione re-
4 mittuntur. 4 Si tamen in aliquo homine cum graui-
bus culpis venialia delicta coniuncta eſſent, horum ſi-
ne illis remiſſio non fieret.

## AXIOMA XXIX.

*Summa q.88. quadrifar. diuiſa. Peccatorũ ſemel remiſſorum reditus.*

1 1 Peccatum lethale ſemel Pœnitentia deletum, per
ſequentem capitalem culpam redit quidem, verum non
omni ex parte, ſed ex ea duntaxat qua priuationem
diuinæ gratiæ, & ſupplicij æterni ſubeundi obligatio-
2 nem continebat. 2 Quod tametſi de omni capitali no-
xa ſequente verè dicatur, ſpeciali tamen quodam mo-
do locum habet in odio fraterno, apoſtoſia, confeſſio-
nis contemptu, & dolore de Pœnitentia prius ſuſce-
3 pta. 3 Non eſt tamen iſtud ita accipiendum quaſi ob ſe-
quens crimen ſemper pari & æquali culpa atque pœna
teneatur peccator quibus ante tenebatur, ſed vt pœna
& culpa conſequentis criminis, generi ipſius, & ingra-
4 titudinis illis coniunctæ magnitudini, reſpondeat. 4
Neque Putandum eſt ingratitudinem ſequenti crimini
connexam ſemper ſpeciale eſſe peccatum, ſed tunc de-
mum quando ad Dei & beneficij ab eo accepti contem
ptum ſequens delictum refertur, alias ingratitudo iſta
non ſpecialis alicuius perpetratio, ſed alterius eſt aggra-
uatio peccati.

## AXIOMA XXX.

*Summa q.89. in ſex par. diuiſa. Pœnitentia vis ad recuperandas virtutes prius amiſſas.*

1 1 Prius amiſſæ & 4 quodammodo extinctæ per pec-
4 catum virtutes, per Pœnitentiæ Sacramentum poſtea
2 reſtituuntur, interdum æquales, 2 interdum minores,
5 interdum etiam maiores pro diſpoſitione pœnitentis: 5
3 opera vero ipſarum ita reuiuiſcunt, vt in eadem æſti-
matione, qua ante apud Deum habeantur. 3 Itaque li-
cet innocentiæ ſtatus ſemel perditus non reparetur, &
quædam eccleſiaſticæ dignitates ob certa facinora ſine
ſpe recuperationis amittantur, poteſt nihilominus ho-
mo per Pœnitentiæ Sacramentum priſtinam apud Deũ
6 recuperare dignitatem. 6 Non tamen eouſque exten-
denda eſt huius Sacramenti vis & operatio, vt etiam
mortuas actiones (quæ ex ſuo quidem genere laudabi-
les ſunt, ſed ex charitatis fonte & gratiæ ſtatu non pro-
manarunt) viuas, & ad vitam æternam promerendam
efficaces reddere poſſit.

## AXIOMA XXXI.

*Sum. q.90. quadr. di.*

2 Pœnitentia qua ratione eſt Sacramentum, ex 2
3 his 3 tribus conſtat 1 partibus, Animi dolore ſeu
1 Contritione. Confeſſione atque Satisfactione: 4 Qua
4 ratione autem eſt uirtus, has duas ſpecies ſibi ſubiectas
habet, Pœnitentiam ante Baptiſmum, & Pœnitentiam
poſt Baptiſmum, quæ vlterius in lethalium & leuium
culparum Pœnitentiam diſtribuitur.

*Pœnitentię partes in genere.*

*Quæ ſequuntur, ex Tertiæ partis Summæ, quam S. Thomas morte occupatus, imperfectã reliquit, Supplemento ſunt de ſumpta.*

## AXIOMA XXXII.

1 1 Contritio eſt dolor animi ob peccatum ante com-
miſſum ſuſceptus, cum propoſito confitendi atque ſa-
2 tisfaciendi; qui cum ex 2 virtute & voluntate pecca-
3 tum deteſtante naſcatur, 3 palam eſt falſam & abſur-
dam eſſe illorum opinionem, qui putauerunt attritio-
nem poſtea contritionem fieri poſſe.

*Sum. q 1. ſupplemẽti triſa. diui.* Contritionis natura & propria ratio.

## AXIOMA XXXIII.

1 1 Contritio nec pœnæ malum, nec 2 originis pecca
2 tum, nec 5 alienum, nec 4 futurum ſed proprium dũ-
5 taxat, idque præteritum reſpicit delictum, ita vt de cul-
4 pis ante perpetratis, tam 3 venialibus quam 6 letha-
3 libus, quæ conuenienti adhibita diligentia occurrunt
6 & de alijs quo tempore in memoriam redeunt, pecca-
tor contritionem ſuſcipere debeat.

*Sum. qõ .2. in 6. partes diuiſæ.* Cõtritionis obiectum.

## AXIOMA XXXIIII.

1 1 Contritio in ſuperiore quidem appetitu dolorem
maiorem omnibus alijs doloribus, in inferiore autem
3 ſæpenumero remiſſionem affert, 3 qui pro diuerſitate
2 peccatorum nunc maior, nunc minor eſſe debet. 2 Et
licet in appetitu ſuperiore ſeu voluntate nunquam ſit
nimius, in appetitu tamen inferiori poſſet modum ex-
cedere; proinde ita in hac parte eſt moderandus, vt &
vitæ & valetudini sad officij functionem neceſſariæ ſi-
mul ratio habeatur.

*Summa q.3. trifariam diſtributa.* Contritio quanta eſſe debeat.

## AXIOMA XXXV.

1 2 Tametſi contritionem per 1 vniuerſum vitæ præ-
2 ſentis tempus durare oporteat, 2 eamque (quatenus
per aliarum virtutum actiones permittitur) continuã
3 eſſe expediat, 3 nullus tamen in animis à corpore ſe-
paratis, ad quemcunque locum ſtatum ve peruenerint,
eir elictus eſt locus.

*Sum qõ. 4. trifariã vt ſuperior, diſtributa.* Cõtritionis tempus.

## AXIOMA XXXVI.

1 1 Contritio tam ea quæ Sacramenti pars eſt, quàm
illa quæ à virtute proficiſcitur, remiſſionis peccati eſt
3 cauſa: 3 Imo tantam vim habet, vt quamuis parua,
2 magnum ſcelus delere; & vehemens peccati culpam
ſimul cum pœna tollere poſſit.

*Sum. qõ. 5. trif quoque diſtributa.* Cõtritionis effectus.

## AXIOMA XXXVII.

1 1 Peccatori, qui capitali noxa obſtrictus eſt, Cõfeſ-
ſio, vel quę re ipſa extrinſecus peragitur, vel ſaltẽ quæ
voto (quum alterius facultas erupta eſt, intrinſecus ſu-
6 ſcipitur, eſt ad ſalutem neceſſaria. 6 Nec ipſe ſummus
2 Pontifex quenquam ex hac obligatione, 2 quæ diui-
5 ni iuris eſt, eximere poteſt. 5 Licet tamen ijs qui gra-
ue aliquod peccatum commiſerunt, in id tempus quod
ab Eccleſia conſtitutum eſt, eius externam Confeſ-
ſionem differre, niſi ante aut mortis periculum ingruat
aut aliquid, ad quod Confeſſio ſit neceſſaria, faciẽdum
3 incidat. 3 Alij autem qui leuibus tantummodo culpis
ſunt obnoxij, ad tempus ab Eccleſia ſtatutum quidem,
nõ tamen ex ui Sacramenti, ſed ex eccleſiæ præceptio
ne vel confiteri, vel ſaltem ſuæ conſcientiæ ſtatum pro-
4 prio ſacerdoti indicare debent. 4 Cęterum vtriuſque,
ne alicuius in confitendo falſi criminis ſeſe inſimulẽt,
diligenter eſt cauendum.

*Sum. q. 6. in ſex par. diuiſæ.* Confeſſio eiuſque neceſſitas.

## AXIOMA XXXVIII.

2 2 Confeſſio virtutis actus eſt, 3 eius nimirum virtu-
3 tis, quæ pęnitentia ſuperius eſt vocata, ob 1 idque non
incom-

*Sum. q. 7. in tres par diſtributæ.*

*Confeſſionis definitio.*

incommode ab Auguſtino ad hunc modum definitur, Confeſſio eſt per quàm ſpe veniæ latens morbus aperitur.

*Sum. q. 8. in 7. parte diuiſæ. Confeſſionis miniſter.*

### AXIOMA XXXIX.

1 1 Tamet ipſi legitima & ſacramentalis Confeſſio ſa
4 cerdori, neq; cuiuis, ſed proprio (paucis quibuſdã caſi
2 bus exceptis) neceſſario faciẽda, 2 confitẽs tamẽ lai-
3 co, vrgẽtę neceſſitate, omniũ culparum: 3 non vrgente
vero neceſſitate, leuiorum peccatorum veniã à Deo
conſequitur. Caſus autem qui excipiuntur, ſunt ſupe-
5 rioris 5 priuilegium aut iuſſum, & mortis inſtan-
6 tis 6 periculum: quo premente, non modo de peccatis, ſed etiam de cuiuslibet excommunicationis vin-
7 culo, à quouis ſacerdote pęnitens abſolui poteſt. 7 Cæterum de pœna ſatisfactionis loco præſcribenda, iſtud ſciendum, quoniã in ea nõ modo debiti, ſed etiam remedij habetur ratio, non ſemper maiori culpæ maiorem pœnam eſſe irrogandam.

# DE CONFESSIONE.

- 4. Conditiones quæ paſſim à Doctoribus ſacris Confeſſioni tribuuntur, ſunt in duplici differentia,
  - Quædam ſunt neceſſariæ, vt vera ſit & legitima Confeſſio: ex his
    - Quædam conueniunt Confeſſioni vt eſt actus virtutis
      - In genere, videlicet, vt Confeſſio ſit
        - diſcreta.
        - lubens.
        - pura.
        - fortis.
      - In ſpecie, vt videlicet Confeſſio ſit
        - verecunda.
        - lachrymoſa.
        - humilis.
        - fidelis.
        - nuda.
        - ſimplex.
        - integra.
    - Aliç conueniunt Confeſſioni, vt eſt pars Sacramenti, nimirum, vt Confeſſio ſit
      - accuſans.
      - parere parata.
      - ſecreta.
  - Aliæ laudabiles tantummodo ſunt, & ad vberiorem ex Confeſſione fructum percipiendum vtiles, videlicet vt Confeſſio ſit
    - frequens.
    - accelerata.

*Sum. q. 9. in 4. parts distributæ. Confeſſionis qualitas.*

### AXIOMA XL.

Licet inter has conditiones ponatur Confeſſionẽ debere eſſe lachrymoſam & cum dolore de vita male
1 acta coniunctam, 1 Confeſſio tamen ficta (ideſt) quę
necdum depoſita peccandi voluntate fit, non ſemper
eſt iteranda, ſed fictionis peccatum ſemper poſtea
2 eſt confitendum. 2 Quod autem dicitur confeſſionem integram eſſe debere, ſic eſt accipiendum, vt pœnitens vni ſacerdoti omnia peccata, quorum ſibi con-
3 ſcius eſt, verbis expreſſis, 3 non nutu, non ſcriptura, neque per interpretem, niſi mutus eſſet, confiteatur.

*Sum q. 10. in 5. parte diuiſæ. Confeſſionis effect⁹.*

### AXIOMA XLI.

1 1 Non modo à culpa & aliqua ex parte à 2 pœna
2 ſpecialis & Sacramentalis Confeſſio pœnitentem li-
3 berat, 3 verumetiam aditum illi ad cœleſte regnum
4 patefacit, 4 æternæqne ſalutis ſpem affert. 5 Gene-
5 ralis vero Confeſſio ſacramentalis tantam vim habet, vt etiam lethalia crimina obliuioni inculpatæ tradita delere poſſit.

*Sum q. 11. in 5. parte diuiſæ. Confeſſionis ſigillũ.*

### AXIOMA XLII.

1 1 Sacerdos ea quæ ſibi ſub Confeſſionis ſigillo dicta ſunt, alijs detegens grauiſſime peccat, & Sacra-
3 menti eſt violator. 3 Atqui licet hoc ſigillum ſacerdotis ſit proprium, tamen ſicut Confeſſio ipſa, ita & eius ſigillum quibuſdam caſibus cum laico com-
2 municatur, 2 reſpicitque proprie & directe quidem peccata tantummodo, eaque in ſacramentali Confeſſione audita. Sunt tamen omnia, quæ per Confeſſionem cognoſcuntur, diligenter à ſacerdote & à
4 laico celanda. 4 Nihilominus & ſacerdoti & laico licet, quod in Confeſſione audiuit alijs dicere, ſi ei à confitente id faciendi conceſſa ſit poteſtas: & ſine
5 hac poteſtate, 5 quando alia via, quod in Confeſſione illi dictum eſt, compertum habet.

AXIO-

## AXIOMA XLIII.

Sum. q. 12. triſa diui. Satisfactionis definitio.

3 3 Satisfactio proprie eſt illatę iniuriæ, quemadmo-
dum iuſtitiæ æquabilitas poſtulat, facta compenſatio.
Recte quoque dicit Auguſtinus, Satisfactionem eſſe
peccatorum cauſas excidere, & eorum ſuggeſtioni-
bus aditum non indulgere. Ex quarum definitionum
1 vtraque perſpicuum eſt, 1 virtutis, 2 iuſtitiæ, nimi-
2 rum, actum eſſe Satisfactionem.

## AXIOMA XLIIII.

Sum. q. 13. triſa. diui. Satisfacere Deo homo poteſt.

1 1 Tametſi nihil tantum ab homine reddi poſſit,
quanta eſt diuinæ maieſtatis violatio, nihilominus ta-
men quando quod in ſe eſt, præſtant mortales, & pro
2 ſuis, 2 & (quantum attinet ad debiti ſolutionem)
etiam pro alienis peccatis Deo ſatisfacere poſſunt.

## AXIOMA XLV.

Sum. q. 14. in 5. parte diſtributa. Satisfactionis qualitas.

1 1 Nemo poteſt vno lethali peccato retento aliud
2 per ſatisfactionem expiare: 2 opera enim, quæ alio-
qui, ſatisfaciendi vim haberent, ſi animo aliquo ſcele-
3 re occupato fiant, neque tunc, neque 3 poſtea recupe-
4 rata charitate, quicquā ad ſatisfaciēdum valent. 4 Nō
eſt tamen putandum eiuſmodi opera penitus eſſe inu-
tilia; conducunt enim tum ad præſentis vitæ bona con-
quenda & mala effugienda, cum etiam ad honeſtarum
actionum conſuetndinem efficiendam. Animum quo-
5 que ad gratiam ſuſcipiendam diſponunt; & 5 quoniā
multa impediunt peccata, pœnas etiam tartari aliquo
modo mitigare & minuere recte dicuntur.

## AXIOMA XLVI.

Sum. q. 15. triſa diui. Satisfactoria opera.

1 1 Satisfactionis opus, laudabile, ad Dei honorem
ſpectans, & de genere eorum quæ pœnam inferunt, eſ-
3 ſe oportet: 3 cuiuſmodi ſunt Eleemoſyna, Ieiuniū &
2 Oratio, 2 afflictiones etiam, & quæcunque tes aduer
ſæ diuinitus immiſſæ; ſi forti & patienti animo perſe-
rantur, ſatisfaciendi vim habent.

## AXIOMA XLVII.

Sum. q. 16. trifariā vt ſuperior diuiſa. Pœnitentię capaces qui ſint.

1 1 Innocentes ea gratia quam omnes virtutes comi-
tantur præditi, dum adhuc in iſta vita mortali verſan-
2 tur, pœnitentiæ habitum tantummodo; 2 beati vero
homines in cœleſti patria degentes, etiam eius actum
3 habere poſſunt. 3 At angeli ſiue boni ſint ſiue mali,
nec habitus, nec actus iſtius virtutis ſunt capaces.

## AXIOMA. XLVIII.

Sum. q. 17. triſa. diui. Clauiū definitio & diuiſio.

1 1 Clauem (quæ recte à Doctoribus definitur pote-
ſtas ligandi & ſoluendi, qua eccleſiaſticus iudex dignos
recipere, & indignos à regno excludere debet) in Eccle
3 ſia eſſe oportet. 3 Eſtque iſta clauis duplex, altera di-
ſcernendi, altera iudicandi; quarum vtraque in Deo per
auctoritatem, in Chriſto per meritum & excellentiam;
in ſacerdotibus vero Eccleſiæ ſacramentorum diſpen-
ſatoribus, per miniſterium exiſtit.

## AXIOMA XLIX.

Sum. q. 18 in 4. parte diſtributa. Clauiū effectus.

1 1 Quemadmodum aqua baptiſmalis inſtrumentum
eſt inanimatum, ita ſacerdos per poteſtatem clauium
ſibi cōmiſſam, inſtrumentū eſt animatū, quo Deus ad
2 hominē à peccatis liberandū vtitur: 2 nec ad culpā re-
mittendam modo, ſed etiam ad temporalem pęnam, in
3 quā ætrna cōmutata eſt, minuendā, 3 aliamq; peccati
velati medelā quandā (in qua ligandi vis poriſſimum
cernitur) præſcribendā clauium poteſtas ſacerdotibus
4 data extenditur; 4 quæ quidem ſumma prudentia, &
Dei voluntate atque ordinatione moderanda eſt, alio-
qui enim & ſuo effectu in pęnitente careret, & ad gra-
ue ſacerdotis ea abutentis malum redundaret.

## AXIOMA L.

Sum. q. 19. in ſex parte diuiſa.

3 3 Ex duplici clauium differentia, illa quæ otdinis di
4 citur, in 4 ſolis ac 5 omnibus, etiam improbis 1 no-
5 uæ legis ſacerdotibus exiſtit: 2 & in Chriſto tanto ex-
1 cellentius, quàm in vllo alio ſacerdote, quanto per ſe
2 agentis facultas, vi adiutrice inſtrumenti perfectior eſt
6 atque nobilior. 6 Iſtius tamen clauis vſu ſchiſmatici,
hæretici, excommnnicati & degradati, quatenus ſubdi-
ti ijs ſubtracti ſunt, priuantur. Altera vero, quam iu-
riſdictionis clauem vocant, etiam cum alijs Eccleſiæ
miniſtris, qui ſacerdotes non ſunt, communicatur.

Clauiū miniſtri.

## AXIOMA LI.

Sum. q. 20. in 3 parte diuiſ. Claues in quo exercēdæ.

Tametſi clauium vis & efficacitas, omnes, quantum
in ſe eſt, complectatur, propter iuriſdictionis tamen
1 defectum non 1 poteſt nouę legis ſacerdos, (extra ne-
ceſſitatis tempus) in eo qui ſibi ſubditus non eſt, ne-
2 que 2 etiam promiſcue in omnibus ſibi ſubditis, cla-
uium poteſtatem exercere. Sunt enim quædam crimi-
na, quorum cognitionem abſolutionemque ſuperioris
3 dignitatis antiſtites ſibi reſeruarunt. 3 Poſſet nihilo-
minus ſuperior antiſtes ad ſe abſoluendum inferioris
ſacerdotis iuriſdictionem poteſtatemque dilatare.

## AXIOMA LII.

Sum. q. 20. quadriſa. diuiſa. Excommunicationis definitio & vis.

1 1 Recte Doctores tradunt excommunicationem ſe-
parationem eſſe ab Eccleſiæ communione, quod ad
fructum ex ea percipiendum, & generalia eius ſuffra-
gia participanda attinet. Quod quidem pœnæ genus li-
2 cet ſit grauiſſimum, 2 laudabiliter tamen à catholica
Eccleſia Dei ipſius exemplo ad fragendam improborū
3 & rebellium hominum contumaciam (3 etiam ſi in
externis tantummodo bonis alium læſerint) vſurpa-
4 tur, habetque tantam vim, vt 4 excommunicatio etiā
iniuſte irrogata ſæpenumero valeat, effectumque ſor-
tiatur: quando videlicet error commiſſus non tollit ſen
tentiæ auctoritatem.

## AIOMA LIII.

Sum. q. 22. in 6 parte diſtributa. Excommunicare & excommunicari quis poſſit.

Quandoquidem ad excommunicationis ſententiam
ferendam opus eſt iuriſdictionis in exteriori foro au-
ctoritate. idcirco hoc munus exercere non poſſunt, ne
3 que 3 excommunicati, neque ſuſpenſi (quibus iſtius
1 iuriſdictionis interdictus eſt vſus) 1 neque omnes ſa-
2 cerdotes, 2 neque ſoli, ſed ij dumtaxat quibus ſecun-
dum eccleſiaſticæ diſciplinæ leges iſta prouincia eſt
mandata, ſiue ſint ſiue non ſint ſacerdotes. Quia vero
4 iuriſdictio inferiorem reſpicit, hinc eſt quòd neq; 4 ſe-
ipſum, neque æqualem, neque ſuperiorem quiſquam
5 poſſit excommunicare. 5 Prohibet autem Eccleſia
vniuerſam populi multitudinem anathematis condem
nare pœna, ne forte innocens cum nocente in parem
6 inuoluatur damnationem. 6 Sed iſtud mirum fortaſ-
ſe quibuſdam videbitur, eſt tamen verum, nimirum eū
qui ſemel è cœtu fidelium per anathematis ſententiā
eiectus eſt, ſecundo & tertio peſſe excommunicari.

## AXIOMA LIIII.

Sum. q. 23. trifariam. diſtribute. Excōicati cōſortiū fugiendum.

1 1 Ex-duplici excommnnicatione, propter mino-
rem nemini cuiuſquam familiaritas aut conſuetudo
inrerdicitur: at eo qui maiori damnatus eſt, familia-
riter vtens, etiam in rebus ad corpus pertinentibus (niſi
aut ſpiritalis commodi, aut obligationis, aut neceſſi-
3 taris ratione excuſetur,) 3 grauiter nonnunquam
peccat, nimirum ſi conſulendo, adiuuando, aut ali-
ter fauendo, criminis eius qui excommunicatus eſt
fiat particeps, aut in rebus diuinis, aut alijs ad Eccle-
ſiæ contemptum eum illo ſocietatem ineat: leuiter ve-
ro ſi quocunque alio modo quiſpiam cum eodem fa-
2 miliaritate iungatur. 2 Pœna quoque huius prohibi-
tionis violatoribus varia eſt conſtituta. Nam ſi ex-
communicationis ſententia etiam familiariter excom
municato vtentem complectatur, aut ſi quiſpiam con-
ſulendo, adiuuando, aut aliter faciendo criminis par-
ticeps efficiatur, tum proculdubio excommunicato ex-
tra caſus ſuperius exceptos familiariter ſe coniungens
in maiorem, alij in minorem duntaxat incurrunt ex-
communicationem.

AXIO-

### AXIOMA LV.

*Sum q 24. triſariam, vt ſuperior diuiſæ.* Excōmunicati abſolutio.

1 1 Minoris excōmunicationis pęna, & maioris quo-
que, ſi ea ſit à lege inflicta ( ſex tantummodo exceptis
caſibus, qui fuſe apud Thomam explicantur ? quiuis
ſacerdos ſuum ſubditum abſoluere poteſt. Si vero ma-
ior excommunicatio à iudice ſit irrogata, extra mortis
neceſſitatem, ſolus iudex qui irrogauit, aut eius ſupe-
2 rior antiſtes illius tollendæ poteſtatem habet: 2 qua
etiam illo, anathemate irretitus tenetur, inuito, vti po-
3 teſt 3 Iſtud quoque certum eſt, ſi quis pluribus dam-
natus eſſet excommunicationibus, licet interdum om-
nes ſimul auferantur, poſſe tamen vna ſublata altera
manere, præſertim ſi à diuerſis inflictæ ſint iudicibus.

### AXIOMA LVI.

*Sum q 25. triſar quoque diuiſæ.* indulgētiarum vis.

2 2 Indulgentiæ, quandoquidem ex infinito eccleſiæ
theſauro depromuntur, tribus iſtis rebus concurrenti-
bus nimirum ex parte tribuentis auctoritate, ex parte
accipientis charitate, ex parte cauſæ pietate, legitimæ
ſunt, tantumque valent, quantum valere prædican-
1 tur, 1 Quare dubitandum non eſt, quin & pœnam ſa-
tisfactionis loco, etiam in purgatorio perſoluēdam re-
3 mittendi vim habeant, & pro 3 ſubſidio temporali ad
ſpiritalem vtilitatem relato, laudabiliter tribuantur.

### AXIOMA LVII.

*Sum. q 26. quadrifar. diſtributæ.* Indulgētiarum largitores.

1 1 In ſolis Epiſcopis, 2 ſiue ſint ſiue non ſit ſacerdo-
2 tes, ordinaria reſidet indulgentias largiendi poteſtas:
3 in 3 ſummo Epiſcoporum legitimo Petri ſucceſſore
4 plena, in alijs vero limitata. 4 In quibus omnibus, ſiue
probi, ſiue improbi ſint, iſta poteſtas vnius eiuſdemq;
manet efficacitatis.

### AXIOMA LVIII.

*Sum. q. 27. in 4 part. diſtributæ.* Indulgētiæ quibus proſint.

1 1 Quicunque aliquo lethali ſcelere adhuc obſtricti
tenentur, ij ad indulgentiarum gratiam percipiendam
minime ſunt idonei: qui vero ab eiuſmodi ſcelere ani-
2 mum habent immunem, ſiue 2 monachi ſint, ſiue al-
4 terius cuiuſcunque conditionis homines ( 4 compre-
3 henſis etiā ijs qui indulgētias largiuntur ) modo 3 cō-
ditiones in literis indulgentiarum deſcriptas obſeruent.
iſtius generis gratiam conſequi poſſunt.

### AXIOMA LIX.

*Sum. q. 28. triſariam diuiſæ.* Pœnitentia ſolennis.

1 1 Propter multas grauiſſimas cauſas laicis tam viris
3 quàm 3 mulieribus ad expianda certa crimina, & pre-
ſertim ea quibus tota ciuitas concitatur, publica & ſo-
2 lemnis laudabiliter indicitur pœnitentia. 2 Quæ cum
eiectionis Adami ex paradiſo ſignificationem, & per-
petui de peccato doloris profeſſionem contineat, con-
tra eius naturam id foret ſi iteraretur, ſępiuſque eidem
ſubeunda ſtatueretur.

## DE EXTREMA VNCTIONE.

In extremæ vnctionis explicatione de iſtis quinque capitibus agitur, videlicet

- De
  - ijs quæ pertinent ad naturam & primam inſtitutionem extremæ vnctionis. quæſtion. 29.
  - effectu extremæ vnctionis. 30
  - idoneo eius miniſtro. 31.
- Cui impertiendum ſit iſtud ſacramentum, & in qua parte corporis adhibendum. 32.
- Poſſit iterari, necne iſtud ſacramentum. 33.

### AXIOMA LX.

*Summa q. 29. in 9. partes diſtributæ.*

2 Extrema vnctio 2 vnum eſt 1 ſacramentū, ab 3 Apo-
1 ſtolis quidem promulgatum, ſed à Chriſto primum in-
3 ſtitutū. Cuius idonea & conueniens materia eſt 4 oleū
4 oliuæ ab 6 epōs cōſecratū: 7 forma vero 9 legitima
6 hæc 8 deprecatio: Per iſtam ſanctam vnctionem, &
5 pijſſimam ſuam miſericordiam, parcat tibi Dominus
7 quicquid deliquiſti per viſum. Per iſtam ſanctam vn-
9 ctionem & ſuam pijſſimam miſericordiam, parcat tibi
8 Dñs quicquid deliquiſti per auditum. Per iſtam ſanctā
vnctionem & ſuam pijſſimā miſericordiā, parcat tibi
Dñs quicquid deliquiſti per odoratum. Per iſtam ſan-
ctam vnctionem & ſuam pijſſimam miſericordiam,
parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per guſtum
& locutionem Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam
pijſſimam miſericordiam, parcat tibi Dominus quic-
quid deliquiſti per tactum. Per iſtam ſanctam vnctio-
nem & ſuam pijſſimam miſericordiam, parcat tibi Do-
minus quicquid deliquiſti per greſſum.

Extremæ vnctionis inſtitutio, materia, & forma.

### AXIOMA LXI.

*Summa q. 30. triſaria diuiſa.* Extremæ vnctionis effectus.

3 Extremæ vnctionis ſacramentum 3 nullum impri-
1 mit characterem, ſed valet 1 primo quidem & praci-
pue ad curandam animi ex peccato lethali cōtractam
imbecillitatem, & vires, firmamque valetudinem ei re-
ſtituendam: quem effectum etiam deletio peccati ? ſi
2 modo inuentum ſit) neceſſario conſequitur. 2 Secun
do autem loco ad medendum corporis morbo. Non ta-
men ſemper hunc præſtat effectum, ſed tum demum
cum ita expedit ſuſcipientis ſaluti, & ipſe nullum op-
ponit impedimentum.

### AXIOMA LXII.

*Summa q. 31. in 3. partes diuiſa.* Extremæ vnctionis miniſter.

2 Extremæ vnctionis adminiſtratio non ad 2 diaco-
1 ni munus, & multo minus ad 1 laici conditionem, ſed
3 ad 3 ſolius ſacerdotis pertinet officium, ſiue is ſit ſiue
non, ſit Epiſcopus.

### AXIOMA LXIII.

*Summa q. 32. in 7. partes diſtributa.* Extrema vnctio quibus impertienda, & ī quas partes corporis adhibenda.

4 Hominibus maturæ 4 ætatis, non pueris; ſanæ 3 mē
3 tis, non furioſis; 1 morbo aliquo, 2 in quo ſit vitæ
1 periculum, laborantibus; non ſanis: 5 neque in toto
2 corpore, ſed in his dūtaxat ſex 6 partibus, oculis, auri-
5 bus, naribus, ore, manibus, atque pedibus (quibus parti-
6 bus etiā renes adiungi poſſunt) ſubminiſtrandum eſt
7 extremæ vnctionis ſacrm. 7 Si vero quempiam ægro-
tum aliqua ex iſtis partibus priuatum eſſe contingeret,
tum proxima pars loco deficientis eſſet inungenda.

### AXIOMA LXIIII.

*Sum. q. 33. in 2. parte. diuiſa.* Extremæ vnctionis iteratio.

Cum extrema vnctio non ſit ex eorum numero ſa-
cramentorum quæ perpetuum habent effectum, non
1 modo in 1 diuerſis morbis, verum etiam in 2 eodem
2 ſi diuturnus ſit, cuiuſmodi ſunt hectica & hydropiſis,
iterari ſine vlla ſuæ dignitatis iniuria poteſt.

## DE ORDINIS SACRAMENTO.

Ad ſacramentis ordinis declarationē de his quinque cap. hic diſſeritur, videlicet de

- Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, de
  - propria natura & partibus ſacramenti ordinis. q 34.
  - effectu eius. 35.
  - ſuſcipientibus ordinem. 36.
- Distinctione ordinum. 37.
- Conferentibus ordinem. 38.
- Impedimento initiandorum. 39.
- His quæ ſunt ordinibus annexa. 40.

### AXIOMA LXV.

*Partim ex Thoma, partim ex Eugenij quarti Decreto Armenij dato ſumptum.*

*Sum. q. 34. in 5. q distributa.* Ordinis definitio & partes.

3 Ordo 3 ſacramentum eſt eccleſiæ 1 neceſſarium,
1 in 2 quo per externum ſignaculum interna & ſpirita-
2 lis poteſtas ordinato conceditur. Huius porro ſacra-
5 menti 5 materia eſt iſtud per cuius traditionem con-
fertur ordo: ſicut presbyteratus traditur per calicis
cum uino, & patenæ cum pane, porrectionem. Diaco-
natus per libri Euāgeliorū dationē. Subdiaconatus ve-
ro p calicis vacui cū paterna vacua ſuperpoſita traditio
nem,

nem, & ſimiliter alij ordines per rerum ad miniſteria
4 ſua pertinentium deſignationem. 4 forma ſacerdotij
hæc eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in ec-
cleſia pro viuis & mortuis in nomine patris & filij &
ſpiritus ſancti. Aliorum ordinum formas, breuitatis
cauſa, hic omiſſas, ſi quis videre velit, eas in Pontifi-
cali Romano late deſcriptas inueniet.

### AXIOMA LXVI.

Sũma q.35. in 5. par. diſtributa.

Ordinis effectus.

1 In cuiuſlibet ordinis collatione, & 1 gratia gratum
2 faciens donatur, & 2 character imprimitur: qui 3 cha-
3 racterem baptiſmi quidem ex neceſſitate, 4 confirma-
4 tionis ex congruentia, 5 inferioris autem ordinis ex
5 eccleſiaſtica conſtitutione ante ſuſceptum requirit.

### AXIOMA LXVII.

Sũma q.36. in 5. partes diſtributa.

Ordinẽ ſuſcipientium qualitas.

4 Tametſi & 4 promouens indignum ad aliquem ex
1 ordinibus ſacris, & cum conſcientia peccati lethalis
6 ordinem ſacrum 1 ſuſcipiens, vel 5 eo vtens grauiſ-
5 ſime peccet; non eſt tamen 1 vitæ bonitas ad ordinis
ſuſceptionem ex parte ſacramenti, ſed ex parte diuini
2 præcepti duntaxat, neceſſaria. 2 Similiter quoque ſcri-
pturæ cognitio in eo qui ordinem ſuſcipit, requiritur,
non quidem abſoluta, ſed quæ ad ordinis, qui ſuſcipitur
3 munere recte fungendum ſufficiat. 3 Cæterum licet
virtus atque ſcientia maxime ordinandos, & iam or-
dinatos deceant; per ſe tamen nemini ordinem præſta-
re poſſunt.

### AXIOMA LXVIII.

Sũma q.37. in 5. par. diſtributa.

Ordinum diſtinctio.

1 2 Secundum numerum miniſteriorum, quæ ad eucha
riſtiæ conſecrationem decentemq; tractationem opus
1 erant, 1 ſeptem clericorum ordines ſunt inſtituti è 3
3 quibus tres ſupremi, quòd circa materiam conſecratam
verſentur, ſacri; reliqui vero quòd in materia non con-
4 ſecrata occupati ſint, non ſacri recte nominantur. 4 Di-
ſtinguuntur etiam iſti ordines, quòd ſingulorum pro-
priæ quædam ſint & definitæ functiones: Nam oſtiarij
eſt oſtiorum templi curam gerere, ad dignos recipien-
dos, indignos vero repellendos: Lectoris pronuntiare le-
ctiones, & prophetarum oracula populo declarare: Exor
ciſtæ ab energumenis & catechumenis dæmonum ve-
xationes exorciſmis depellere. Acolyti luminaria in ſa-
crario præparare, cereum geſtare, ac vrceolos cum aqua
& vino ſubdiacono miniſtrare: Subdiaconi, vrceolum,
cum aqua, & manutergium epiſcopo, presbytero, &
diacono ad lauandas manus ſubminiſtrare: epiſtolam
legere, oblationes à populo recipere, & eas vel ſuper
altare collocare, vel diacono tradere, item calicem &
patenam ad altare delata diacono dare, in calicemq; vi
num & aquam infundere. Diaconi ſacerdoti aſſiſtere &
ei miniſtrare, in his potiſſimum ſacramentis, Baptiſmo,
Chriſmate, & Euchariſtia componere menſam Dñi, cru-
cem ferre, Euangelium & Epiſtolam populo explanare,
& ſanguinem Domini eidem diſpenſare; Sacerdotis
abſoluere, ligare, Dei dona benedicere, & præcipue
corporis & ſanguinis Domini ſacramentum confice-
5 re. 5 Qui quidem ſacerdos tum demum ſuum cha-
racterem recipit, quum illi ſub certa verborum forma
calix traditur.

### AXIOMA LXIX.

Sũma q.38. [...]ſtarum di[ſtri]buta.

Ordinem conferens.

1 1 Ordinis Sacramentum ſolus epiſcopus conferre po
2 teſt: 2 quam eius poteſtatem nec ſuſpenſio, nec hære-
ſis (modo legitima verborum forma, & eccleſiæ inten-
tio ſalua maneat) tollendi vim habet. Qui tamen à ſu-
ſpenſo vel hæretico ordinatur epiſcopo, propter peccati
obſtaculum, quod in ipſo eſt, gratiam non conſequitur,
nec accepto ordine, propter iuriſdictionis, in eo qui
ordinauit, defectum, vti poteſt.

### AXIOMA LXX.

Sũma q.39. in 6. partes diſtributa.

Ordinis impedimẽta.

2 2 Pueri vſu rationis adhuc carentes, item 3 ſerui,
3 qui in aliena ſunt poteſtate, 4 atque homicidæ, qui
4 humano ſanguine manus ſuas polluerunt, cum 5 no-
5 this, & 6 ijs qui inſigni aliqua mutilatione ſunt defor-
6 mati, præcepti quidem ordinatione, non autem ſacra-
1 menti neceſſitate à ſacris ordinibus arcentur: at 1 mu-
lier neceſſaria ſacramenti ratione ab ijſdem repellitur
ordinibus. Quapropter ordinis Sacramentum temere,
& contra conſtitutionem eccleſiaſticam collatum, illi
vere ſuſcipiunt: hæc vero nequaquam ſuſcipere poteſt.

### AXIOMA LXXI.

*Sũma q.40. in 7.q diſtributa.*

Ordinibus annexa.

2 Tonſura non eſt 2 ordo, neque 3 quenquam priuat
3 terrenas poſſeſſiones habendi poteſtate; 1 eam tamen
1 cuiuſlibet ordinis clericos deferre oportet, quòd regni
cuiuſdam ſpiritalis, & excellentioris perfectionis, mẽ-
tiſque à caducis rebus ad diuinas ſempiternaſque ab-
5 ductionis ſignificationem contineat. 5 Similiter epi-
ſcopatus dignitas non eſt inter ſacros ordines numerã-
4 da. 4 Ipſa tamen propter populi ad Euchariſtiam rite
ſuſcipiendam præparationem, & ſummi pontificis au-
6 ctoritas (6 quæ eſt epiſcopatu ſuperior) propter Chri-
ſtianorum vnionem, eorumque in vnum corpus colli-
7 gationem, Eccleſiæ eſt neceſſaria. 7 Porrò ſi quis for-
te miretur veſtium quibus vtuntur Eccleſiæ miniſtri va-
rietatem, is ſciat nonnulla eſſe officia omnibus eccle-
ſiæ miniſtris communia, alia vero certis ordinibus pe-
culiariter conuenientia, & ad id deſignandum quædam
veſtium genera communiter omnibus, alia vero certis
ordinibus fuiſſe tribuenda.

# DE MATRIMONIO.

Tractatiõis de Matrimonio tria ſunt capita, hæc videlicet:

- Matrimoniũ quatenus eſt naturale officiũ. q.41.
- Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
- Matrimoniũ, quatenus abſolutè, & ſecũdùm ſe cõſideratur: ad cui[us] explicationem diſputatur de
  - Sponſalibus. 43.
  - Matrimonij propria ratione. 44.
  - Matrimonij cauſa efficiẽte, ſeu cõſenſu
    - conſenſu in genere. 45.
    - conſenſu iureiurando, vel corporum commixtione firmato. 46.
    - conſenſu coacto, & cõditione reſtricto. 47.
    - conſenſus obiecto. 48.
  - Bonis, q[uæ] oriuntur ex matrimonio. 49.
  - Matrimonij impedimẽtis, vbi agitur de
    - impedimentis in gñe. 50.
    - erroris impedimento 51.
    - conditionis, ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
    - voti, & ordinis impedimento. 53.
    - propinquitatis impedimento. 54.
    - affinitatis ĩpedimẽto. 55.
    - cognationis ſpiritalis impedimento. 56.
    - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento. 57.
    - frigiditatis, maleficij, furiæ, & amentiæ impedimento. 58.
    - diſparitate cultus, quę matrimoniũ impediat. 59.
    - vxoris interfectione. 60.
    - voti ſolennis impedimento. 61.
    - fornicatione alterius coniugum. 62.
  - Secundis nuptijs. 63.
  - Quibuſdã quæ ſũt matrimonio annexa.
    - debiti redditione. 64.
    - pluribus vxoribus. 65.
    - defectu, qui irregularitas vulgo appellatur, per bigamiam contracto. 66.
    - libello repudij. 67.
    - filijs illegitimè natis. 68.

### AXIOMA LXXII.

1 Quanquam matrimonium iuris ſit 1 naturalis, eiuſ-
3 que actus non modò 3 licitus, ſed etiam frequenter lau
4 dabilis ſit, 4 premioque dignus, quando videlicet aut

debiti

Matrimonium vt eſt naturale officium.

debiti reddendi, aut prolis ad Dei cultum generan-
2 dæ cauſa ſuſcipitur: 2 nemo tamen his temporibus ad
matrimonium cõtrahendum vllius pręcepti neceſſitate
obligatur.

### AXIOMA LXXIII.

*Sũma q 42. in 4. partes diuiſa.*
Matrimoniũ vt eſt ſacramẽtum.

2 2 Matrimonium diuerſarum rerum, quæ in eo con-
currunt, reſpectu, diuerſis temporibus fuit inſtitutum:
Nam ſi reſpicias filiorum procreationẽ, innocentiæ ſta-
tu: ſi remedium aduerſus peccati vulnus, medio inter
Adę lapſum & Moyſi legem tempore: ſi certarum per-
ſonarum matrimonio idonearum definitionem, in ve-
tere lege: ſi myſterium coniunctionis Chriſti cum ec-
cleſia, in noua: ſi amicitiam & mutuũm coniugum
inter ſe obſequium, in ciuili lege ſuam accepit origi-
nem. Atqui ſecundum omnes iſtas inſtitutiones, pri-
1 ma & poſtrema exceptis, matrimonium recte 1 ſacra-
mentum vocatur. Secundum illam vero inſtitutionem
quam Euangelij tempore accepit, nouæ legis eſt ſacra-
3 mentum, 3 gratiam ad ea quæ matrimonij ſunt, rectius
4 peragenda conferens: 4 cuius, ſicut & aliorum matri-
monij generum, ſecenda perfectio, quæ in operatione
conſiſtit, non autem prima, quæ in exiſtendo poſita eſt,
ſexuum commixtionem deſiderat.

### AXIOMA LXXIIII.

*Sũma q.43. trifariã diuiſa.*
Sponſalia.

1 1 Sponſalia nihil aliud ſunt, niſi futurarum ſponſio
2 nuptiarum; ad quæ 2 contrahenda idonei ſunt qui ſe-
ptimum ætatis ſuæ annum vel attigerunt vel tranſie-
3 runt. 3 Diſſoluuntur autem propter varias cauſas: iu-
re quidem propter duas, nimium propter fidem matri-
monij in præſens alteri datam, & monaſtici inſtituti
profeſſionem: at eccleſiæ iudicio propter alias plurimas,
quas longum foret enumerare.

### AXIOMA LXXV.

*Sũma q.44. in tres partes diſtributa.*
Mrimonij definitio.

3 3 Matrimonium recte à Magiſtro definitur eſſe viri
1 mulieriſque, maritalis 1 coniunctio, inter legitimas
2 perſonas, indiuiduam vitę retinens conſuetudinẽ; 2 cõ-
congruumque ſuo effectui fortuitum eſt nomen; ob id
enim nubit fœmina, vt aliquando mater fiat. Vocatur
etiam coniugium & nuptiæ: Coniugium quidem à ſua
natura; nuptiæ vero à cauſa efficiente.

### AXIOMA LXXVI.

*Sũma q.45. in 5. partes diuiſæ.*
Mrimonij conſenſus.

4 Mutuus inter virum & fœminam 4 conſenſus 2 ver-
2 bis tempus 3 præſens deſignantibus, ſiue palam, ſi-
3 ue 5 clam expreſſus, vera eſt matrimonij 1 cauſa
5 efficiens.
1

### *ADMONITIO.*

*Hic, & in ſequenti Axiomate aduertendum eſt, Clandeſtina matrimonia, rata quidem & firma fuiſſe, quandiu ab eccleſia non fuit eorum vis & efficacitas ſublata: poſt editam vero Tridentini concilij de ipſorum abolitione, & eneruatione ſanctionem (quam videre licet ſeſſione 24. de reformatione matrimonij capite primo) omnem vim veri & Chriſtiani matrimonij efficiendi amiſiſſe. Decretum ſi quidem ea conſtitutione eſt, nullum matrimonium, niſi quod præſente parocho vel alio ſacerdote, de ipſius parochi, ſeu ordinarij licentia, & coram duobus vel tribus teſtibus celebratum ſit, verum & ratum matrimonium eſſe habẽdum.*

### AXIOMA LXXVII.

*Sum. q. 46. bipartito diuiſæ.*
Mrimonij cõſenſus iureiurando vel corporum commixtione firmatus.

2 1 Iuſiurandum conſenſui per verba temporis futuri
1 declarato accedens non efficit matrimonium: 2 at ſe-
xuum commixtio ſi talem conſenſum ſubſequatur (ni-
ſi apertum fraudis appareat argumentum) in eccleſia-
ſtico foro ratum & firmum matrimonium reddit, licet
ſecundum conſcientiæ forum, nullum ſine vero volun-
tis aſſenſu, coaleſcat matrimonium.

### AXIOMA LXXVIII.

*Sũma q.47. in 6. partes diſtributa.*
Mrimonij conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus.

2 Conſenſus metu in 2 conſtantem virum cadẽte 1 ex-
1 tortus 3 tollit matrimonium, tam ex parte 4 cogentis,
3 quàm ex parte illius qui cogitur. 6 Immo neque pater
4 ſua auctoritate filium ad vxorem ducendam compel-
6 lere poteſt. 5 Suſpenſus vero per conditionem appoſi-
5 tam conſenſus, interdum efficit, interdum non efficit
matrimonium. Nam ſi tempus præſens reſpiciat appoſi-
ta conditio (ſiue honeſta ſit ſiue turpis, modo matrimo-
nij bonis non repugnet ſi adſit) ſimiliter ſi conditio ſit
neceſſaria, quodcunq; tempus reſpiciat, efficiendi ma-
trimonij vim habet. Si vero in genere rerum fortuita-
rum eſſet conditio, & ad tempus futurum referretur,
conſenſus ſub eiuſmodi conditione expreſſus ad copu-
landum matrimonium non ſufficeret, nõ magis quàm
ſi verbis temporis futuri eſſet expreſſus.

### AXIOMA LXXIX.

*Sum. q.48. bifariam diuiſa.*
Mrimonialis conſenſ' obiectũ.

2 2 Matrimonialis conſenſus (1 cuius poprium & pri-
1 mum obiectum eſt, non ſexuum commixtio, ſed ſocia-
lis coniugatio) proprie & per ſe ſpectat prolis generatio-
nem, & fornicationis vitationem: alios autem fines ſi-
ue honeſtos ſiue turpes, quos in matrimonio contra-
hendo ſibi proponunt coniuges, improprie, & fortuito,
ita vt iſti fines ad coniugum quidem, non autem ad cõ-
iugij, bonitatem aut prauitatem redundent.

### AXIOMA LXXX.

*Sũma q.49. in 6. partes diſtributa.*
Matrimonij bona.

2 Ex tribus matrimonij bonis, 2 fide videlicet, prole,
1 & ſacramento, quibus excuſatur 1 matrimonium eiuſ-
3 que 4 actus, 3 ſacramentum primas obtinet partes. 5
5 Sunt autem iſta matrimonij bona, ſaltem proles & fi-
des; ſub qua comprehenditur debiti perſolutio, ad ho-
neſtatem actus matrimonialis adeo neceſſaria, vt is
6 qui 6 rem habet cum vxore ſolius voluptatis & libidi-
nis explendæ cauſa, ſemper peccet: lethaliter quidem,
ſi is libidinis ardor etiam extra matrimonij terminos
feratur; leuiter vero ſi intra matrimonij fines conti-
neatur.

### AXIOMA LXXXI.

*Sum.q.50.q μονομερής eſt.*
Matrimonij impedimẽta in genere.
*In quibus nõ quis iam fallatur poſt editas concilij Trid ſanctiones, videatur titũ decretum de reform. matri ſeſ 14.*

Contrahendum matrimonium impedit eccleſiæ pro-
hibitio, & id tempus quod feriatum vocare ſolent: con-
tractum vero dirimunt, quæ ſequentibus verſiculis
continentur.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,*
*Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.*

### AXIOMA LXXXII.

2 Tam in 2 perſona, quàm in ipſius conditione com-
1 miſſus error, 1 naturaliter impedit quo minus coale-
ſcat matrimonium.

### AXIOMA LXXXIIII.

*Sũma q 51. bifar diuiſa.*
Matrimoniũ impediẽs error.

2 2 Quanquam ſeruo ad ducendam vxorem non ſit
1 neceſſarius domini conſenſus, 1 ignorata tamen ſerui-
tutis conditio, contractum extrinſecus matrimonium
3 nullum reddit. 3 Poſſet nihilominus qui liber matri-
monium contraxiſſet, citra eius diſſolutionem, ſeſe al-
4 teri etiam inuita vxore in ſeruitutem mãcipare. 4 Por-
ro ſobolem ex diſparis conditionis parentibus natam,
ciuiles leges, quibus eccleſiaſticæ aſſentiuntur, ſtatuunt
in ijs quæ ad perſonæ conditionem pertinent, matrem;
in alijs vero, quæ dignitatis ſunt, patrem ſequi debere.

### AXIOMA LXXXIII.

*Sum. q. 52. quadriſ. diuiſa.*
Mrimoniũ impediens ſeruitus.
*Sũma q.53. quadripartita.*

2 Contracti iam matrimonij dirimendi vim, non qui-
1 dem 2 ſimplex, ſed 1 ſolenne votum habet. 4 Et licet
4 a matrimonio, etiam adhuc conſtante, ad ſacros ordi-

nes adi-

Matrimonium impediens votū & ordo.

3 nes aditus concedatur; retro 3 tamen à ſacris ordinibus (propter votum continentiæ illis annexum) ad matrimonium commeare nequaquam licet.

## AXIOMA LXXXV.

Sum. q. 54. quad. diu. Matrimonii impediēs conſanguinitas.

1 1 Sanguinis propinquitas, ſeu (vt vulgo appellatur) conſanguinitas nihil aliud eſt niſi vinculum quoddam eorum, qui ab eodē ſtipite ſiue principio deſcen-
2 dunt, corporali propagatione contractum, 2 certiſque
3 gradibus atque lineis diſtinctum: 3 quod extrinſecus celebratum matrimonium dirimit, iure quidem naturali inter parentem & eius prolem, veteri autem lege inter eas perſonas ad quarum alteram alterius pudici-
4 tiam cuſtodire pertinet: 4 & eccleſiaſtica conſtitutione inter illas, inter quas eſt in linea tranſuerſa citra quintum gradum ſanguinis coniunctio atque communio.

## AXIOMA LXXXVI.

Sum. q. 55. in 11. par. diſtributa. Matrimonii impediēs affinitas.

1 Affinitas, eſt propinquitatis quoddam genus ex 1
3 matrimonio, concubito 3 illicito, vel 4 ſponſali-
4 bus (5 non autem ex alia affinitate) contractum,
5 & ad mortem 2 vſque inter perſonas quas ſemel con-
2 iunxit permanens: 6 quod matrimonium non ſecus
6 ac ſanguinis propinquitas impedit atque 9 dirimit, 7
9 gradibus, eorumque diſtinctione & 8 extenſione à
7 ſanguinis propinquitate ſumptis. In qua quidem di-
8 remptione facienda, & 10 accuſationis, & 11 te-
10 ſtium productionis ritu procedere oportet.
11

## AXIOMA LXXXVII.

Sum. q. 56. in 5. partes diuiſa. Matrimonium impediēs cognatio ſpiritalis.

2 Spiritualis cognationis, quæ partim ex 2 baptiſmi, partim ex confirmationis ſacramēto naſcitur, tres ſunt ſpecies, his nominibus apud eccleſiaſticos ſcriptores vſitatis appellatæ, ſpiritalis paternitas, compaternitas,
3 & ſpiritalis fraternitas. 3 E quibus paternitas inter ſuſceptorem & baptizatum, ſeu confirmatum, item inter baptizantem ſeu confirmantem, & eum qui bapti-
5 zatur ſiue confirmatur: 5 Compaternitas inter ſuſceptorem ſiue baptizantem, aut confirmantem, & baptizati, vel confirmati parentes: fraternitas vero inter baptizatum, ſeu confirmatum & ſuſceptoris naturales li-
4 beros exiſtit. 4 Tranſeuntque omnes iſtæ cognationis ſpecies à viro ad vxorem, & è diuerſo ab vxore ad virum, conſummato iam matrimonio accedentes, & pro-
1 pria operatione acceſſitæ; 1 impediuntque matrimonium contrahendum, ac iam contractum dirimunt ipſum connubium antegreſſæ, conſequentes vero nequaquam. Sed ſi de induſtria nulla neceſſitate cogente per coniugum alterum cum altero contrahantur, iure tantummodo debiti exigendi eum per quem ſunt contractę priuant.

## ADMONITIO.

*Quantum ad ſpiritualem cognationem attinet, Concilium Tridentinum paternitate & compaternitate propria actione contracta, vt ante erat relicta fraternitatem quæ inter baptizatum, vel confirmatum, & ſuſceptoris vel baptizantis, aut confirmantis filios ante contrahebatur, ac ſimul tranſitum ſpiritalis cognationis à viro ad vxorem, & contra ſuſtulit.*

## AXIOMA LXXXVIII.

Sum. q. 57. tripartita. Matrimonium impediēs cognatio ciuilis.

1 1 Adoptio eſt perſonæ extraneæ in filium, filiam,
3 nepotem, aut neptem legitima cooptatio. Vnde 3 triplex naſcitur cognatio ciuilis, prima inter adoptantē, & adoptatum eiuſq; poſteros: ſecunda inter adoptatum & naturale filium, aut filiam adoptātis: tertia vero inter vxorem adoptantis & adoptatum, vel inter vxorem
2 adoptati & parentem adoptantem. Et 2 quibus prima & tertia ſemper, ſecunda vero quandiu adoptatus eſt in poteſtate illius à quo eſt adoptatus, matrimonium impedit.

## AXIOMA LXXXIX.

Sum. q. 58. in 5 partes diſtributa.

1 Et 1 propter frigiditatem naturæ, non ætatis deſe-
2 ctu euenientem, & propter eam quæ 2 maleficio contracta eſt coeundi perpetuam impotentiam, triennij experimento comprobatam, eccleſiæ auctoritate ſeparantur coniuges; ſed in ſeparatione propter impotentiam ex maleficio ortam, vtrique coniugum, in altera vero fœminę tantum, libera conceditur ad nouum con-
1 nubium tranſeundi poteſtas: 1 ita tamen, vt ſi quando priori viro coeundi facultatem reſtitui contingat, poſteriori relicto, ad priorē virum ea fęmina redire debeat. Matrimonium quoq; impediunt, & contractum
3 dirimunt 3 amentia perpetua, & ea quæ rationis vſu
4 tempore matrimonij ſuſcipiendi mentē priuauit. 4 Similiter inceſtus cum futurę vxoris ſorore, vel ante ſpōſalia, vel medio inter ſponſalia & matrimonium tempore commiſſus; poſt vero conſecutus, non dirimit cōſtans matrimonium, ſed eum à quo commiſſus eſt, iure debiti petendi priuat, atque eidem, ne aliam vxorem ducat, priore mortua ab eccleſia interdicitur. Item
5 ætas 5 immatura, cuiuſmodi in maſculis citra decimumquartum annum, in fœminis vero citra duodecimum (niſi iudicij vigor, quod ætati deeſt, compenſet) eſſe ſtatuitur.

## AXIOMA XC.

Sum. q. 59. in 6 par. diſtributa. Matrimonium impediēs cultus diſparitas.

1 1 Tametſi fidelis cum infideli neque ratum neque
2 legitimum matrimonium contrahere poſſit, 2 nihilominus tamen verum eſt id matrimonium, quod inter
3 ſe celebrant infideles. 3 Ita tamen, vt ſi contingat alterum coniugum, altero fidem amplectente, in errore
4 ſuo permanere, 4 neque ad debitum reddendum, neque ad cohabitationem ferendam, is qui fidem amplexus eſt, teneatur (3 retenta interim vtriuſque faciendi
5 poteſtate. Et quod 5 amplius eſt, ſi eius qui infidelis manet, peruerſitas vſque ad obſtinatam creatoris contumeliam procederet, fidelis priori diſſoluto, noui matrimonij ſuſcipiendi poteſtatem haberet, quæ nec ob
6 aliam infidelitatem, 6 nec ob aliud quodcunque ſcelus concederetur.

## AXIOMA XCI.

Sum q. 60. bifariam diuiſa. Matrimonium impediens vxoris interfectio.

1 1 Vxorem in adulterij actu deprehenſam interficere etiam priuata auctoritate mariti dolori ciuiles quidē leges concedunt: at eccleſiaſticæ in hoc facinore puniendo, quemadmodum in alijs, publicam actoritatem expectandam, & iuſtitiæ zelo, non vindictæ ſumēdæ, aut odij explendi, animo procedendum eſſe cenſent, eam quæ priuata fit auctoritate vxoris necē ſummopere improbantes, & in lethalibus criminibus nu-
2 merantes: ob idque decernunt 2 matrimonium contrahendum reſpectu cuiuſuis mulieris eiuſmodi ſcelere impediri, & contractum cum pellice, cuius ducendæ ſpe iſtud ſcelus patratum eſſet dirimi.

## AXIOMA XCII.

Sum q. 61. in 3 partes diſtributa. Matrimonii diſſolui voto ſolenni.

2 2 Quemadmodum corporali morte diſſoluitur corporale matrimonij vinculum, ita ſolenni profeſſione monaſtici inſtituti, quæ eſt quoddam ſpiritalis mortis genus, diſſoluitur ſpiritale matrimonij vinculum, quod eſt inter coniuges, matrimonio nondum conſummato. Proinde vtrique coniugum ante corporum coniunctionem ad religioſum vitæ inſtitutum tran-
3 ſeundi, & 3 ei qui in ſęculo relictus eſt, cui vult nu-
1 bendi, libera conceditur poteſtas. 1 Matrimonio autem iam conſummato, neutri religioſum ſeu monaſticum vitæ inſtitutum ſuſcipere, neutri ad nouas tranſire nuptias altero viuente licet.

## AXIOMA XCIII.

Sum q. 62. in 6 par. diſtributa.

1 1 Vxorem fornicatam marito, quod totum attinent,
3 3 priuato iudicio 5 quod ad cohabitationem vero pertinet,

*Diuortium ob fornicationem tẽpore Euangelij.*

tinet, eccleſiæ auctoritate dimittere (paucis exceptis ca
2 ſibus) ſemper conceditur, non autem 2 præcipitur, niſi
forte vxor obſtinatè vellet in ſuo flagitio permanere.
4 Eodem iure 4 vxori quoq; aduerſus virum adulterum
5 vti licet. 5 Cæterum diuortio iam facto, vtiq; coniu-
gum, altero viuo, præcluſus eſt ad nouas nuptias aditus,
6 non autem ad 6 ipſorum inter ſe reconciliationem,
modo adſit in eo, qui ſua culpa repudiationem meruerat, prioris vitæ emendatio.

*Sum. q. 63. bipartitæ.* Secundæ nuptiæ.

## AXIOMA XCIIII.

1 1 Secundas nuptias, immo etiam tertias reliquasq;
deinceps, & licitas eſſe, ꝙ ſuperioris matrimonij vincu-
2 lum alterius coniugis morte ſit ſublatum, & 2 ſacramenti dignitatem non minus quàm primas obtinere, quòd in ijs materia, formaq; legitima matrimonij cernatur tradunt probatiſſimi quique catholicæ veritatis doctores.

*Sum. q. 64. in 7. partes distributæ.* Matrimonialis debiti perſolutio.

## AXIOMA XCV.

1 1 Non modo aperte poſcenti, 2 ſed etiam aliquo
2 ſigno indicanti debet vterque coniugum ex 3 æquo
3 (incolumitate & honeſtate ſalua) alteri, etiam 7 tem-
7 pore ſacro (licet tunc petens leuiter 5 ſaltem 6 peccet)
5 matrimoniale debitum perſoluere: 4 ob idq; neuter
6 eorum ſine alterius conſenſu, talis continentiæ voto,
quo iſtius debiti perſolutio impediretur, ſe obſtringere poteſt.

*Sum. q. 65. in 6. partes diuiſæ.* Polygamia.

## AXIOMA XCVI.

1 1 Quamquam matrimonij ſecundario fini repugnet
vxorum multitudo, eaq; ratione à naturali lege non-
2 nihil deflectat, 2 primis tamen temporibus diuina di-
ſpenſatione quibuſdam multas ducere & ſimul ha-
5 bere vxores fuit conceſſum. At 5 concubinam, cum
qua nullum matrimonij ius intercederet, habere, quòd
3 id 3 primario matrimonij fini, prolis nimirum educationi obſit, legique naturali vehementer aduerſetur,
nullo vnquam tempore licuit, ſed hominum ita con-
4 gregatorum ſocietatem impiam, eorumq; 4 congreſſus nefandos & in lethalibus peccatis, numerandos, ſemper iudicauit Dei eccleſia.

*Sum q. 66. in 5. partes distributa.* Irregularitas.

## AXIOMA XCVII.

1 1 Secundum matrimonium, ſiue iuxta, ſiue con-
2 tra 2 leges, ſiue 4 ante, ſiue poſt baptiſmum, ſuſce-
4 ptum: 3 item primum cum ea, quæ virgo non ſit con-
3 tractum, virum à ſacris clericorum ordinibus repellit,
5 ſeu (vt trito vtar verbo) irregularitatem affert, 5 quæ
tamen diſpenſatione, quod humani ſit iuris, tolli poteſt à ſummo quidem Pontifice reſpectu omnium, ab alijs vero epiſcopis reſpectu inferiorum, ſeu minorum ordinum.

*Sum. q. 67. in 5. partes distributa.* Repudij libellus tempore legis.

## AXIOMA XCVIII.

1 Quamuis 1 matrimonium natura ſit indiſſolubi-
2 le, 2 cadit nihilominus ſub diuinam diſpenſationẽ
3 eius diſſolutio. 3 Vnde probabilis eſt illorum opinio,
licet minus communis, qui aſſerunt vigente Moyſi le-
4 ge, & viro vxorem repudiare, & 4 repudiatæ iam mu-
5 lieri alteri viro nubere (5 non autem ad priorẽ reuerti,
id enim expreſſe lex vetat) diuino cõceſſu licitum fuiſſe. Cæterum in repudij libello, qui vxori dabatur, cau-
6 ſas (6 inter quas proxima erat vxoris odium) non qui-
7 dem diſtincte 7 & ſpeciatim, ſed generatim duntaxat ſcribi oportebat.

*Sum. q. 68. triſ. diſtin.* Illegitimo nati.

## AXIOMA XCIX.

1 1 Illos, qui ex vago & extra verum matrimonium
patrato concubitu naſcuntur, illegitimos vocant, & ob
2 iſtam infelicem naſcendi ſortem, ab 2 hæreditario in
bona paterna plene ſuccedendi iure, nonnulliſq; muneribus, atque dignitatibus & ciuiles & eccleſiaſticæ
3 leges repellunt: 3 ita tamen, vt multiplices ijs ad dignitatem conditionemq; legitimorum filiorum perueniendi vias demonſtrent atque patefaciant.

# SCHEMA AVGVSTINI HVNNÆI IN QVO NVMERVS, ORDO ET CONNEXIO earum quæſtionum, quibus à B. Thoma catholica de Sacramentis doctrina explicata eſt, ob oculos ponitur.

Sacramentorum tractatus apud B. Thom. Aquinatem eſt bipartitus

- In priori eius parte agitur de ſacramentis generatim, videlicet de
  - Natura & propria ratione ſacramenti in genere. q 60.
  - Neceſſitate ſacramentorum. 61.
  - Effectibus ſacramentorum
    - effectu primario, qui eſt gratia. 62.
    - effectu ſecundario, qui eſt character. 63.
  - Cauſa Sacramentorum. 64.
  - Numero Sacramentorum. 65.
- Baptiſmo; ad cuius explicationem
  - Prius de ipſo baptiſmo iſta quatuor quæſtionũ genera tractantur,
    - de natura & propria ratione baptiſmi. 66.
    - quis ſit idoneus baptiſmi miniſter. 67.
    - de ſuſcipientibus baptiſmum. 68.
    - de effectu baptiſmi. 69.
  - Deinde binæ quæſtiones de ijs quæ præparationem ad baptiſmum continent diſputantur.
    - vna de circunciſione. 70.
    - altera de catechiſmo & exorciſmo. 71.
- Confirmatione cuius explicatio vnica queſtione in duodecim partes diſtributa abſoluitur. 72.
- Eucharistia, ad cuius explanationem iſta 8. quæſtionum genera pertractantur, videlicet de
  - Ipſo ſacramento Euchariſtiæ. 73.
  - materia eius
    - ſpecie materiæ. 74.
    - tranſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. 75.
    - modo, quo exiſtit Chriſtus in hoc ſacramento. 76.
    - accidentibus panis & vini. 77.
  - forma eiuſdem. 78.
  - effectibus 79.
  - accipientibus Euchariſtiam. 80.
  - de modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtiæ ſacramento. 81.
  - idoneo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
  - ritu qui debet in iſto ſacramento ſeruari. 83.
- 
  - pœnitentia ipſa
    - quatenus eſt ſacramentum. 84.
    - quatenus eſt virtus. 85.
  - effectu pœnitentiæ.
    - in remittendis peccatis lethalibus. 86.
    - in remittendis Peccatis venialibus. 87.
    - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum. 88.
    - quãtum ad recuperationem virtutum. 89.

- In altere parte agitur de ſacramentis ſigillatim nimirum de
  - pœnitentia, cuius diputationis ſex ſunt capita de
    - partibus pœnitentiæ.
      - In genere.90.
        - *Quæ ſequuntur ex ſupplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.*
      - In ſpecie de
        - contritione
          - quid ſit.1.
          - de quo eſſe debeat.2.
          - quanta eſſe debeat.3.
          - quanto tempore durare debeat 4.
          - de effectu eius.5.
        - confeſſione de eius
          - neceſſitate.6.
          - natura, & definitione.7.
          - miniſtro.8.
          - qualitate.9.
          - effectu.10.
          - ſigillo.11.
        - ſatisfactione.
          - quid ſit.12.
          - an fieri poſſit.13
          - qualis eſſe debeat.14.
          - quibus reb. Deo ſatisfiat.15.
    - Suſcipientibus pœnitentiæ ſacramentum.16.
    - De miniſtrorũ poteſtate ad claues pertinẽte, vbi agitur
      - de clauibus, nimirum de
        - propria vi & natura clauium. 17.
        - effectu earum.18.
        - miniſtris clauium.19.
        - his, in quibus recte claues exercentur.20.
      - excommunicatione, videlicet de
        - eius propria vi, & natura 21
        - excommunicante, & excommunicato.22.
        - communicatione cum excommunicato.23.
        - abſolutione ab excommunicationis vinculo.24.
      - indulgẽtijs, videlicet
        - de propria earum vi, & natura.25.
        - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi.26.
        - quibus indulgentiæ proſint.27.
    - Publica & ſolenni pœnitentia.28.
  - Extrema vnctione, cuius explicatio hæc quinque capita complectitur,
    - De ijs, quæ pertinent ad naturam, & primã inſtitutionem extremæ vnctionis.29.
    - De effectu extremæ vnctionis.30.
    - De idoneo eius miniſtro.31.
    - Cui impertiendum ſit iſtud ſacramentum, & in qua parte corporis ſit adhibendum.32.
    - Poſſit iterari necne iſtud ſacramentum.33.
  - Ordine, ad cuius declarationẽ de his quinque capitibus diſſeritur de
    - Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, videlicet de
      - propria natura & partibus ſacramenti Ordinis.34.
      - effectu eius.35.
      - ſuſcipientibus ordinem.36.
    - Diſtinctione ordinum.37.
    - Conferentibus ordinem.38.
    - Impedimento initiandorum.39.
    - Ijs quæ ſunt ordinibus annexa.40.

Matri-

- Matrimonio, cuius diſputationis tria ſunt capita, hæc videlicet.
  - Matrimonium quatenus eſt naturale officium.41.
  - Matrimonium quatenus eſt ſacramentum 42.
  - Matrimonium abſolute & ſecundum ſe conſideratum, ad cuius explicationem diſputatur de
    - Sponſalibus.43.
    - matrimonij propria ratione.44.
    - Matrimonij cauſa efficiēte ſeu conſenſu
      - conſenſu in genere.45.
      - conſenſu iureiurando, vel corporum commixtione firmato.46.
      - conſenſu coacto, & conditione reſtricto.47.
      - conſenſus obiecto.48.
    - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio.49.
    - Matrimonij impedimentis vbi agitur de
      - impedimentis in genere.50.
      - erroris impedimento.51.
      - conditionis ſeu ſeruitutis impedimento.52.
      - voti & ordinis impedimento.53.
      - propinquitatis impedimento.54.
      - affinitatis impedimento.55.
      - cognationis ſpiritalis impedimento.56.
      - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento.57.
      - frigiditatis, maleficij, furiæ, & amentię impedimento.58
      - diſparitate cultus, quę matrimonium impediat.59.
      - vxoris interfectione.60.
      - voti ſolennis impedimento.61.
      - fornicatione alterius coniugum.62.
    - Secundis nuptijs.63.
    - Quibuſdam quę ſunt matrimonio annexa, videlicet de
      - debiti redditione.64.
      - pluribus vxoribus.65.
      - defectu, qui irregularitas vulgo appellatur per bigamiam contracto.66.
      - libello repudij.67.
      - filijs illegitime natis.68.

# ALPHABETICVS LOCORVM COMMVNIVM IN HOC LIBELLO tractatorum index: cuius numeri non ad paginarum, ſed ad Axiomatum numeros referuntur.


B

*Baptiſmi natura & propria ratio.* 7
*Baptiſmi miniſter.* 8
*Baptiſmum ſuſcipientes.* 9
*Baptiſmi effectus.* 10

C

*Cathechiſmus & exorciſmus.* 12
*Circuncisio.* 11
*Clauium definitio & diuiſio.* 48
*Clauium effectus.* 49
*Clauium miniſter.* 59
*Claues in quo exercendæ.* 52
*Confeſſio eiusque neceſſitas.* 37
*Confeſſionis definitio.* 38
*Confeſſionis miniſter.* 39
*Confeſſionis qualitas.* 49
*Confeſſionis effectus.* 41
*Confeſſionis ſigillum.* 42
*Confirmationis ſacramentum.* 13
*Contritionis obiectum.* 33
*Contritio quanta eſſe debeat.* 34
*Contritionis tempus.* 35
*Contritionis effectus.* 36
*Contritionis natura & propria ratio.* 32

D

*Diuortium ob fornicationem alterutrius coniugum tempore Euangelij.* 93

E

*Eucharistiæ ſacramentum.* 14
*Eucharistiæ materia.* 16
*Euchariſtiæ is locus communis vbi de tranſubſtantiatione agitur.* 19
*Euchariſtiæ is locus cõmunis vbi de modo quo Chriſtus eſt in Euchariſtia dicitur.* 17
*Euchariſtiæ is locus communis vbi de panis & vini accidentibus tractatur.* 18
*Euchariſtiæ forma.* 19
*Euchariſtiæ effectus.* 20
*Euchariſtiæ ſumptio.* VI
*Euchariſtia quomodo vſus ſit Chriſtus.* 22
*Euchariſtiæ miniſter.* 23
*Euchariſtiæ ritus.* 24
*Excommunicationis vis atque definitio.* 52
*Excommunicare & excommunicari quis poſſit.* 53
*Excommunicati conſortium eſſe fugiendum.* 54
*Excommunicati abſolutio.* 55
*Extremæ vnctionis inſtitutio, materia & forma.* 60
*Extremæ vnctionis effectus.* 61
*Extremæ vnctionis miniſter.* 62
*Extrema vnctio quibus impertienda, & in qua parte corporis adhibenda.* 63
*Extremæ vnctionis iteratio.* 64

I

*Illegitimè nati.* 99
*Indulgentiarum vis.* 59
*Indulgentiarum largitores.* 57
*Indulgentiæ quibus proſint.* 58
*Irregularitas.* 91

M

*Matrimonium vt eſt naturale officium.* 72
*Matrimonium vt eſt ſacramentum.* 73
*Matrimonij definitio.* 75
*Matrimonij conſenſus.* 76
*Matrimonij conſenſus iureiurando vel corperũ commixtione firmatus.* 77
*Matrimonij conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus.* 78
*Matrimonialis conſenſus obiectum.* 79
*Matrimonij bona.* 80
*Matrimonij impedimenta in genere.* 82
*Matrimonium impediens error.* 82
*Matrimonium impediens ſeruitus.* 83
*Matrimonium impediens votum & ordo.* 84
*Matrimonium impediens conſanguinitas.* 85
*Matrimonium impediens affinitas.* 86
*Matrimonium impediens cognatio ſpiritalis.* 87
*Matrimonium impediens cognatio ciuilis.* 88
*Matrimonium impediens frigida natura, maleficium, amentia, inceſtus, ætas immatura.* 89
*Matrimonium impediens cultus diſparitas.* 90
*Matrimonium impediens vxoris interfectio.* 91
*Matrimonium poſſe diſſolui voto ſolenni.* 92
*Matrimonialis debiti perſolutio.* 95


Ordinis

O

Ordinis definitio & partes. 65
Ordinis effectus. 66
Ordinem ſuſcipientium qualitas. 67
Ordinum diſtinctio. 68
Ordinem conferrens. 70
Ordinibus annexa. 71

P

Peccatorum ſemel remiſſorum reditus. 29
Pœnitentia vt eſt ſacramentum. 25
Pœnitentia vt eſt virtus. 26
Pœnitentiæ effectus in peccatis lethalibus delendis. 27
Pœnitentiæ effectut in venialibus peccatis delendis. 28
Pœnitentiæ vis ad reparandas virtutes prius amiſſas. 30
Pœnitentiæ partes in genere. 31
Pœnitiæ capaces qui ſint. 47
Pœnitia ſolennis. 59
Polligamia. 96

R

Repudij libellus tempore legis Moſaicæ. 98

S

Sacramenti in genere natura. & propria ratio. 1
Sacramentorum neceſſitas. 2
Sacramentorum effectus principalis qui eſt gratia. 1
Sacramentorum quorundam effectus ſecundarius, qui eſt character. 4
Sacramentorum cauſa ſeu auctor & miniſter. 5
Sacramentorum numerus. 6
Satisfactionis definitio. 43
Satisfacere hominem poſſe. 44
Satisfactionis qualitas. 45
Satisfactoria opera. 46
Secundæ nuptiæ. 54
Sponſalia. 74

# APPROBATIO.

Iſta domini Doctoris Auguſtini Hunnæi collegæ noſtri de ſacroſanctis eccleſiæ Chriſti ſaluatoris noſtri Sacramentis Axiomata, orthodoxę fidei conſentanea eſſe, & eam, quæ apud B. Thomam in tertia Summæ parte, eiuſque ſupplemento de Sacramentis traditur, doctrinam, erudite fideliterque comprehendere, ob idque omnibus, eam quę ad Sacramenta pertinet Theologiæ partem diſcere, docere, aut diſputare volentibus admodum vtilia eſſe, teſtamur. Actum Louanij 1569. nona Decembris in Cęnobio Prædicatorum.

*Frater Petrus Bacherius S. Theologiæ profeſſor, ac Prior.*
*F. Baltaxar Textor, ſacræ Theologiæ profeſſor ac Regens.*

Sequitur Cathechiſmus catholicus Aug. Hunnæi, cuius præcipuè materiæ à B. Thoma in ſumma Theologica, pie & erudite tractatæ, indicantur.

# AVGVSTINI HVNNÆI SCHEMA GENERALE,

In Qvo 2ª.2ª. Angelici Doctoris. B. Thomæ Aquinatis Qvaestiones omnes, vnà cum earum numero, ordine, & connexione ob oculos ponuntur.

Quæſtion

- THEOLOGICA.
  - FIDES: ad cuius explicationē capita 4. tractantur, videlicet,
    - 1. Fides ipſa, Cuius explicatur
      - Obiectum. 1
      - Actus
        - Internus. 2
        - Externus. 3
      - Habitus: vbi agitur de
        - ipſa fidei virtute, 4
        - fidem habentibus, 5
        - fidei cauſa, 6
        - fidei effectu. 7
    - 2. Dona Spiritus ſancti, quæ fidei reſpondent.
      - Intellectus, 8
      - Scientia. 9
    - 3. Vitia oppoſita
      - fidei.
        - Infidelitas, quæ opponitur fidei.
          - Infidelitas in genere. 10
          - Hæreſis. 11
          - Apoſtaſia à fide. 12
        - Blaſphemia, quæ opponitur cōfeſſioni fidei,
          - Blaſphemia in genere, 13
          - Blaſphemia, quæ eſt peccatum contra Spiritum ſanctum. 14
      - Dono intellectus.
        - Cæcitas mentis,
        - Hebetudo ſenſus, 15
    - 4. Præcepta fidei, donorumque ſcientiæ & intellectus. 16
  - SPES: ad cuius explicationem 4. tractatur capita, videlicet,
    - 1. Spes ipſa: cuius explicatur
      - natura propria, 17
      - ſubiectum. 18
    - 2. Donum timoris. 19
    - 3. Vitia oppoſita ſpei.
      - Deſperatio. 20
      - Præſumptio. 21
    - 4. Præcepta ſpei & timoris. 22
  - CHARITAS: ad cuius declarationem iſta quatuor pertractantur,
    - 1. Charitas ipſa: cuius explicatur
      - Propria natura. 23
      - Subiectum. 24
      - Obiectum. 25
      - Ordo. 26
      - Actus principalis, qui eſt dilectio: Ad cuius explicationem tractatur
        - Quæ pertinent ad ipſam dilectionis naturam. 27
        - Dilectionis effecta
          - Interna,
            - Gaudium. 28
            - Pax. 29
            - Miſericordia. 30
          - Externa,
            - Beneficentia. 31
            - Eleemoſyna. 32
            - Correptio fraterna. 33
    - 2. Vitia charitati oppoſita: Quorum aliud opponitur
      - Ipſimet dilectioni, vt Odium. 34
      - Gaudio charitatis, de bono
        - Diuino, vt Acidia. 35
        - proximi, vt Inuidia. 36
      - Paci: quod committitur
        - Corde, vt diſcordia. 37
        - Ore, vt Contentio. 38
        - Opere, vt
          - Schiſma. 39
          - Bellum. 40
          - Rixa. 41
          - Seditio. 42
      - Beneficentiæ & correptioni fraternæ, vt Scandalum. 43
    - 3. Præcepta charitatis. 44
    - 4. Donum Spiritus ſancti, charitati reſpondens: videlicet, Sapientia. 45
      - Poſt quam ſtultitia ſapientiæ oppoſita explicatur. 46
  - I. PRVDENTIA: Ad cuius explanationem quinque capita tractantur, videlicet,
    - 1. Prudentia ſecundum ſe conſiderata. 47
    - 2. Prudentiæ partes.
      - Generatim, vnica quæſtione tractatæ, 48
        - Integrales, ſiue quibus perfectus non eſt prudentiæ actus, & ſunt octo.
          - Memoria. Ratio.
          - Intelligentia. Prouidentia.
          - Docilitas. Circumſpectio.
          - Solertia. Cautio.
        - Subiectæ, ſeu ſpecies prudentiæ,
          - Henarchia, ſeu prudentia, ſui moderatrix.
          - Polyarchia, ſeu prudentia, multitudinis gubernatrix.
        - Potentiales, ſeu virtutes prudentiæ finitimæ,
          - Eubulia.
          - Syneſis.
          - Gnome.
      - Speciatim tractatæ,
        - Integrales, Memoria, Intelligentia, docilitas, cum reliquis. 49
        - Subiectæ: & potiſſimùm Polyarchia, multitudinis gubernatrix. 50
        - Cuius ſpecies, ſunt,
          - Monarchia. Politica.
          - Oeconomica. Prudentia militaris,
        - Potentiales, 51
          - Eubulia.
          - Syneſis.
          - Gnome

Quædam communiter ad omnes homines cuiuſcunque conditionis ſint, pertinent. Cuiuſmodi ſunt virtutes & vitia. Nam vt virtutes omnibus ſunt excolendæ, ita vitia ſunt omnibus fugienda. Quæ à S. Thoma hac methodo explicantur.
VIRTVS

QVAE ad moralem doctrinã in ſpeciali ſpectãt, ſunt bipartita:

CARDINALIS, quadruplex.

- 3. Donum Spiritus ſancti, Prudentiæ reſpondens, videlicet Conſilium. 52
- 4. Vitia prudentiæ oppoſita.
  - Prudentiæ manifeſtè repugnantia,
    - Imprudentia. 53
    - Negligentia. 54
  - Prudentiam falsò imitantia, 55
    - Prudentia carnis.
    - Aſtutia.
    - Dolus.
    - Fraus.
    - Solicitudo immoderata tẽporaliũ rerum.
- 5. Præcepta, quibus prudentia præcipitur, eique contraria vitia prohibentur. 56

II. IVSTITIA. Sub cuius nomine diſputantur hæc quatuor:

- 1. IVSTITIAE propria natura: Ad quam declarandam iſta tractantur,
  - Ius. 57
  - Iuſtitia ipſa. 58
  - Iniuſtitia. 59
  - Iudicium. 60
- 2. PARTES iuſtitiæ: quę ſunt triplices.
  - Partes ſubiectæ, ſeu ſpecies iuſtitiæ: Ad quarũ explicationem iſta diſputantur:
    - Iuſtitia
      - Diſtributiua. 61
      - Commutatiua. 62
    - Reſtitutio. 63
    - Vitia oppoſita.
      - Iuſtitiæ diſtributiuæ: vt eſt acceptio perſonarum. 64
      - Iuſtitiæ commutatiuæ.
        - Contingẽtia in cõmutationibus inuoluntarijs.
          - Facto,
            - Homicidium. 65
            - Mutilatio membrorũ. 66
            - Furtum & rapina. 67
          - Verbo: idque
            - In iudicio: Cuiuſmodi eſt iniuſtitia.
              - Iudicis. 68
              - Accuſatorum. 69
              - Rei. 70
              - Teſtium. 71
              - Aduocatorum. 72
            - Extra iudicium.
              - Contumelia. 73
              - Obtrectatio. 74
              - Suſurratio. 75
              - Deriſio. 76
              - Maledictio. 77
        - Contingentia in commutationibus voluntarijs,
          - Fraus. 78
          - Vſura. 79
  - Partes iuſtitiæ quaſi integrales. 80
  - Partes iuſtitiæ potentiales, ſeu virtutes iuſtitiæ annexę: ſub quo titulo explicatur,
    - Quod & quæ ſint virtutes, iuſtitiæ annexæ in genere. 81
    - Religio: ſub cuius nomine diſputantur iſta:
      - Religio ſub per ſe conſiderata. 82
      - Religionis actus
        - Interior,
          - Deuotio. 83
          - Oratio. 84
        - Exterio,
          - Adoratio. 85
          - Actus, quo aliquid de rebus externis Deo offertur:
            - Actus, quo fideles aliquid Deo largiuntur,
              - Sacrificiũ. 86
              - Oblatio. 86
              - Primitię. 86
              - Decimæ. 87
            - Actus, quo fideles aliquid Deo promittunt, vt eſt votum. 88
          - Actus, quo aliquid diuinum ab homine aſſumitur,
            - Iuſiurandum. 89
            - Adiuratio. 90
            - Inuocatio, ſeu aſſumptio nominis diuini per orationem vel laudem. 91
      - Religioni oppoſitũ vitiũ.
        - Religioni finitimũ vitiũ, videlicet Superſtitio: ſub qua hæc tractantur,
          - Superſtitionis propria natura. 92
          - Superſtitionis ſpecies,
            - Vitioſus Dei cultus. 93
            - Idololatria. 94
            - Diuinatio. 95
            - Obſeruatio ſuperſtitioſa. 96
        - Religioni ex diametro repugnãs vitiũ,
          - Pertinẽs ad contemptũ Dei,
            - Tentatio qua Deus tentatur. 97
            - Periurium. 98
          - Pertinens ad contemptum rerũ ſacrarum,
            - Sacrilegium. 99
            - Simonia. 100
    - Pietas virtus. 101
    - Obſeruantia.
      - Obſeruantiæ propria natura. 102
      - Obſeruãtiæ partes,
        - Dulia. 103
        - Obedientia. 104
        - Ad cuius declarationem agitur deinceps de inobedientia. 105
    - Gratia ſeu gratitudo. 106
      - Cui ſubiungitur ingratitudinis vitium. 107
    - Vindicatio. 108
    - Veritas. Sub cuius nomine iſta diſputantur,
      - Veritatis propria natura. 109
      - Veritati oppoſitum vitium,
        - Mendacium. 110
        - Simulatio vel hypocriſis. 111
        - Iactantia. 112
        - Ironia. 113
    - Amicitia, quæ affabilitas dicitur. Sub qua hæc tractantur
      - Amicitiæ propria natura. 114
      - Vitia amicitiæ oppoſita.
        - Adulatio. 115
        - Iurgium. 116
    - Liberalitas. Sub cuius titulo hæc explicantur,
      - Liberalitatis propria natura. 117
      - Vitia liberalitati oppoſita,
        - Auaritia. 118
        - Prodigalitas. 119
    - Ἐπιείκεια, ſeu æquitas. 120
- 3. DONVM Spiritus ſancti iuſtitiæ reſpondent. 121.
- 4. PRAECEPTA iuſtitiæ. 122.

- III. FORTITVDO: ſub cuius nomine iſta 4. diſputātur:
  - 1. FORTITVDO ipſa, cuius explicatur
    - Propria natura. 123
    - Proprius & præcipuus actus. 124
    - Vitia oppoſita,
      - Timor. 125
      - Timoris vacuitas. 126
      - Audacia. 127
  - 2. PARTES
    - In genere conſideratæ. 128
    - Speciatim tractatæ,
      - Fiducia, ſeu Magnanimitas, ſub cuius titulo tractantur
        - Magnanimitatis virtus. 129
        - Vitia Magnanimitati oppoſita
          - Per exceſſum
            - Præſumptio. 130
            - Ambitio. 131
            - Inanis gloria 132
          - Per defectom, cuiuſmodi eſt puſillanimitas. 133
      - Magnificentia, ſub qua tractantur
        - Magnificentię virtus. 134
        - Vitia magnificentiæ oppoſita. 135
      - Patientia. 136
      - Perſeuerantia, ſub qua tractantur.
        - Perſeuerantiæ virtus, & 137
        - Vitia perſeuerantiæ oppoſita.
          - Pertinacia.
          - Mollities. 138
  - 3. DONVM Spirituſſancti, Fortitudini reſpondens, quodetiam Fortitudo vocatur, 139
  - 4. PRAECEPTA ad Fortitudinem pertinentia. 140
- IIII. TEMPERANTIA: ſub cuius nomine tria diſputantur.
  - 1. TEMPERANTIA ipſa. Cuius explicatur
    - Propria natura.
    - Vitia oppoſita.
      - Senſus vacuitas. 141
      - Intemperantia. 142
  - 2. PARTES Temperantiæ
    - Generatim tractatæ vnica quæſtione. 143
    - Speciatim tractatæ,
      - Partes quaſi integrales,
        - Verecundia. 144
        - Honeſtas. 145
      - Partes ſubiectę, ſeu ſpecies temperantiæ, quarum alia verſatur.
        - In delectatione cibi & potus,
          - Abſtinētia, ſub qua tractatur
            - Abſtinētię ꝑpria natura. 146
            - Abſtinentiæ actus, videlicet, Ieiunium. 147
            - Abſtinentiæ oppoſitum vitium, videlicet, Gula. 148
          - Sobrietas, ſub qua tractatur
            - Sobrietatis virtus. 149
            - Sobrietati oppoſitum vitium. 150
        - In delectatione rei venereę, nimirū Caſtitas, ſub qua tractatur
          - Caſtitati virtus in genere. 151
          - Caſtitatis ſpecies, videlicet, Virginitas. 152
          - Caſtitati oppoſitū vitiū, videlicet
            - Luxuria in genere conſiderata. 153
            - Luxuriæ partes. 154
      - Partes potentiales ſeu virtutes temperantię adiunctę, tāquam ſecundaria principali,
        - Continentia, ſub qua explicatur
          - Continentiæ virtus. 155
          - Continentiæ oppoſitum vitium, videlicet Incontinentia. 156
        - Māſuetudo & Clemētia, ſub cuius titulo explicatur
          - Maſuetudinis & Clementiæ virtus. 157
          - Manſuetudini oppoſitum vitium, videlicet, Iracundia. 158
          - Clementiæ oppoſitum vitium, videlicet Crudelitas. 159
        - Modeſtia.
          - Modeſtia in genere conſiderata. 160
          - Modeſtię ſpecies, ſub quo titulo hęc tractantur,
            - Humilitas. 161
            - Humilitati contrarium malum, videlicet
              - Sūpbia in gn̄e cnoſiderata. 162
              - Per ſuperbiā cōmiſſum primi hoīs peccatum.
                - Peccatū ipſum. 163
                - Peccati primi hominis pęna. 164
                - Tentatio, qua ad peccādum fuit inductus primus homo. 165
            - Studium laudabile. 166
            - Studio laudabili, oppoſita curioſitas. 167
            - Modeſtia
              - Quatenꝰ eſt in verbis vel factis, 168
              - Quatenus eſt in exteriori apparatu, & ornatu corporis. 169
  - 3. PRAECEPTA Temperantiæ. 170
    Qua quæſtione terminatur vniuerſus virtutum vitiorumq́ue tractatus.
- Quædam ſpeciatim ad homines certæ alicuius conditionis pertinent. Sub quo titulo B. Thomas explicat
  - GRATIAS gratis datas. Quarū aliæ pertinent ad
    - Cognitionē: Cuiuſmodi eſt prophetia: ſub cuius titulo agitur de
      - Eſſentia prophetiæ. 171
      - Cauſa prophetiæ. 172
      - Modo prophetiæ. 173
      - Diuiſione prophetiæ. 174
      - Raptu. 175
    - Locutionem: Cuiuſmodi ſunt, 176
      - Gratia linguarum. 177
      - Gratia ſermonis. 178
    - Operationem: Cuiuſmodi eſt gratia miraculorum. 179
  - VITAE genera. Vbi agitur de
    - Diuiſione vitæ in actiuam & contemplatiuam. 180
    - Vita
      - contemplatiua. 181
      - actiua. 182
    - Comparatione vitæ actiuæ & contemplatiuæ inter ſe. 183
  - VARIOS hominum ſtatus & officia; vbi agitur
    - De varijs hominum ſtatibus & officijs in genere. 184
    - Speciatim de ſtatu perfectorum, videlicet de ijs quæ pertinent ad ſtatum
      - Perfectionis, in genere. 185
      - Epiſcoporum.
      - Religioſorum ſeu monachorum, vbi agitur de
        - His, in quibus præcipuè conſiſtit religionis ſtatus. 186
        - His, quæ ad religioſos pertinent, vel quæ à religioſis licitè laudabiliterq́ue fiunt. 187
        - Diſtinctione religionum. 188
        - Ingreſſu religionis. 891

# BREVISSIMVS
## Catechiſmus Catholicus.

Omnia, quæ Chriſtianum ad æternam animi ſalutem conſequendam, credere, & facere oportet, complectens:

D. AVGVST. HVNNÆO AVTHORE.

*Nuper vnico ſchemate comprehenſus, atque ita in lucem editus: nunc autem ſecundò diligenter recognitus, & in libelli formam ad commodiorem iuuentutis vſum authore eodem redactus;*

Cui in hac editione recens acceſſit, eorum SVMMAE THEOLOGICAE S. THOMAE DE AQVINO locorum, in quibus præcipuæ iſtius Catechiſmi materiæ permultis, ijsq; dilucidis, ac firmis argumentis tractantur, adnotatio.

# AMPLISSIMO ET ORNATISSIMO VIRO D VIGLIO ZVICHEMO AB AYTTA,

*Primo S. Bauonis apud Gandenſes Præpoſitu, ſupremiq́; Senatus Belgici Præſidi Clariſſimo, & Illuſtriſſimi ordinis aurei velleris Cancellario Præſtantiſſimo.*

## AVGVSTINVS HVNNAEVS. S. P. D.

*NVPER, Præſes ampliſſime, cum ea quæ nobis à Regia catholica Maieſtate, tuo ſuaſu atque conſilio demandata fuerat Cathechiſmi prælegendi prouincia perfuncti eſſemus, nouaq́; nobis (ſententias viaelicet Theologicas profitendi (eſſet commiſſa, noſtro munere (vt iudicabamus) & diſcipulorum noſtrorum vtilitate poſtulante, vniuerſam Catechiſmi Catholici doctrinam in vnum Schema breuiter cõiectam, omnibus, vt probè noſti (quippe cuius nominis ſplendore commendatum in lucem id ſchema prodierat) vno aſpectu intuendam contemplandamque præbueramus.*

*Poſtea vero aduertentes (quod & grauiorum virorum admonitione nobis eſt ſignificatum) iſtius generis ſchemata prouectioribus quidem ad prima Chriſtianæ Religionis rudimenta recolenda magno vſui eſſe, dum parietibus affixa vniuerſam Catechiſmi doctrinam omnibus uno aſpectu intuendam contemplandamq́; præbent; ſed incommodum eorum in ſcholis vſum, nos exemplo Pauli Apoſtoli, cupiẽtes omnibus omnia fieri, vt omnes lucrifaceremus, eandẽ doctrinam his natalitijs feſtis quibus à Sententiarum Theologicarum grauiſſima profeſſione feriamur diligenter recognitam in libelli formam conuertimus, vt omnes ex ea (iuniores quidem ſub hac forma, reliqui autem natu grandiores, vel ſub hac, vel ſub ſchematis figura) ſalutarem fructum percipere poſſint.*

*Quantum præſtiterimus, tum in hac, tum in priori ſchematis editione; tuum, aliorumq́; eruditorum & piorum virorum eſto iudicium.*

*Nos certè ſedulò in eam incubimus curam, ne quid prætermitteremus, quod in aliorum multo te prolixioribus de hoc eodem argumento editis libris, ſcitu neceſſarium aut cognitu magnopere dignum extaret.*

*Cùm autem huius libelli doctrina iam ſemel ſub tui nominis ſplendore; publicæ lucis diſcrimen feliciter ſubierit, propter tantillam quæ in ea nunc facta eſt externi habitus mutationem, alium illi patronum non putauimus quærendum.*

*Accipies igitur, ornatiſſime Præſes, hilari fronte hanc noſtram lucubra tiunculã, etexiguã quidem, ſi ipſa per ſe expendatur: ſi tamen præſentium temporum conditio ſpectetur, longè vtiliſſimam, & quæ tui nominis auctoritate muniatur (niſi noſtra nos fallat opinio) digniſſimam: noſtrorum autem laborum mercedem abundè magnam nos conſecutos exiſtimabimus, ſi eos tibi gratos fuiſſe, & afflictæ grauiterq́; laboranti Eccleſiæ aliquam opem attuliſſe intellexerimus.*

*Deus Opt. Maximus Veſtram Reuerendam amplitudinem, noſtræ Reip. Belgicæ moderandæ, literarumq́; tum ſacrarum tum profanarum ſtudijs ſtudioſisq́; (vt iam cœpit colegio duodecim adoleſcentibus alendis hic deſtinando, & magnificè dotando) promouendis, quàm diutiſſime incolummem ſeruare dignetur. Vale. Louanij Kal. Ianuarijs; anno à Chriſti Saluatoris noſtri natiuitate. M D L X X.*

## PROEMIVM.

PRÆSENTIS libelli ſcopus eſt, non graſſantium nũc Iconoclaſtarum, aut aliorum quorumcunque hæreticorũ prolixa diſputatione falſa dogmata confutare, neque etiam Catholicæ & ſalutaris doctrinæ veritatem argumentis accuratè conquiſitis illuſtrare aut propugnare: ſed nudè & ſummatim prima duntaxat & ſcitu maxime neceſſaria ſinceræ & genuinæ tam de agendis, quàm de credendis doctrinæ Chriſtianæ capita, conuenienti inter ſe ordine digeſta, (inſertis interim ſicubi res poſtulare videbatur, breuibus conuenientibuſque annotationibus ſeu admonitionibus) complecti, vt eius adminiculo quiſque Chriſtianus Catholicus ſuæ profeſſionis & doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ ſumma capita facile mente memoriaq́ue comprehendere, & vt ad ea ita comprehenſa vniuerſæ vitę ſuæ curſum, in dictis, factis, atque cogitationibus moderando, Deo debitum officium perſoluere, ac ſibi æternæ vitæ felicitatem comparare queat.

Catholici autem nomine (vt iſtud hic obiter admoneam) eum intelligo, qui baptiſmatis Sacramẽto initiatus IESV CHRISTI veri Dei atque hominis ſalutarem doctrinam in eius Eccleſia profitetur. neque ſectis vllis aut opinionibus ab eccleſia Catholica reprobatis adhæret.

Catholicæ autem Eccleſiæ nomine, intelligo perſpicuum & ſenſui expoſitum cœtum illorum, qui baptizati veram ſinceramq́ue Chriſti fidem profitentur, & [a] ſe B. Petri ſucceſſori Romano Pontifici vt Chriſti in terris Vicario ſubiectos agnoſcunt.

Quæ quidem vera & germana Dei Eccleſia, ab alijs falsò ſibi hoc nomen vendicantibus, in ſymbolo à patribus primi Conſtantinopolitani Concilij edito, his quatuor ſecernitur notis: quòd ſit [b] vna, ſancta, catholica & Apoſtolica. Eſtq́ue iſtius Eccleſiæ tanta dignitas, vt ſicut extra arcam Noe, nemini in diluuio corporis vitam conſeruare licuit: ita extra iſtam Eccleſiam ad æternam animi vitam conſequendam nemini pateat acceſſus. Quapropter quicunque ſui animi æternæ ſaluti conſultum velit, intra huius Eccleſiæ fines, omni cura atque diligentia ſe contineat.

a Se B.Petri ſucceſſori.] De primatu Petri, Sup.q.40.6. & 22.q.39.1.c.f.& $3^{a}$.q.8.c.6.c.
An omnes ſint ſchiſmatici qui ſummo Pontifici ſubeſſe renuunt $22^{\text{æ}}$.q.39.1.c.f.& Sup.q.40.6.c.
b Vna.] Quomodo eccleſia dicitur vna. $22^{\text{æ}}$.q.185.2.$1^{m}$.

## DOCTRINÆ CATECHISMI Catholici Partitio.

| | |
|---|---|
| Cathechiſmi Catholici doctrina eſt quintuplex videlicet, de | c Fide,<br>d Spe,<br>e Charitate.<br>f Iuſtitia.Chriſtiana, &<br>g Sacramentis. |

c De fide, $22^{\text{æ}}$.q.$1^{a}$.& 15.ſequentib.
d De ſpe, $22^{\text{æ}}$.q.17.& 4.ſeq.
e De charitate, $22^{\text{æ}}$.q.23.& q.ſeq. vſque ad 47.
f De iuſtitia Chriſtiana & interiore, $22.^{\text{æ}}$.q.113.1.c.
De iuſtitia vt eſt virtus cardinalis. $22^{\text{æ}}$.q.58.o.
g De Sacramentis, $3^{a}$.q.60.& ſequentib. vſque ad finem, & Sup, q.$1.^{a}$.vſque ad q.69.

## DE FIDE.

Fides eſt virtus à Deo infuſa, lumine quodam diuino ita hominis animum colluſtrans, vt firmiter aſſentiatur ijs omnibus, quæ ad veram ſanctamque Religionem ſpectantia, Deus verbo ſuo reuelauit, & hominibus ad vitam æternam conſequendam credenda propoſuit: ſiue ſint, ſiue non ſint ſacris literis expreſſa.

### *De fide.*

Fides quid( $22^{\text{æ}}$.q.5.1.o.
Fides eſt virtus.] An fides ſit virtus? $22^{\text{æ}}$.q.4.ar.5.o.
Fides eſt virtus à Deo infuſa.] An fides ſit homini infuſa à Deo? $22^{\text{æ}}$.q.6.1.o.
Lumine quodam diuino.] Quo lumine illuſtratus homo credit? $22^{\text{æ}}$.q.1.4.$3^{m}$.& q.2.3.$2^{m}$.
Vt firmiter aſſentiatur] Aſſentiri quid? $22^{\text{æ}}$.q.$2^{a}$.1.$3^{m}$.
An actus fidei ſit firmus aſſenſus? $22^{\text{æ}}$.q.$2^{a}$.1.c.
An fides ſit certior ſcientia & alijs virtutibus intellectualibus( $22^{\text{æ}}$.q.2.4.c.& q.4.8.o.
In omnibus, quę ad veram ſanctamq́ue religionem &c.] Quæ ſint fide tenenda. $22^{\text{æ}}$.q.1.1.o.
An omnia ſint fide tenenda quæ Eccleſia tanquam credẽda proponit( $22^{\text{æ}}$.q.5.3.c.potiſſimum.
Credenda propoſuit.] Quomodo Deus credenda reuelet, mediatè an immediate. $22^{\text{æ}}$.q.61.c.prin.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Verbũ enim Dei bifariam diſtribuit: videlicet, in | Scripturã, quæ diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad | docendũ, arguendũ, corripiẽdũ, erudiendũ in iuſtitia. | vt perfectus ſit homo Dei ad oẽ opus bonum inſtructus. 2.ad Tim.3. |
| | Traditiones, quæ licet in nullo quidem ſacræ ſcripturæ libro expresè & ſyllabatim poſitæ ſint, diuinitus tamen ſunt traditæ, & religiosè vnà cum ſcriptura tenendæ, dicente Apoſtolo, Fratres, tenete Traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. 2. Theſſal. 2 | | |

In ijs autem quæ primum Chriſtiani homines tenere debent, præcipuum obtinent locum duodecim Symboli Apoſtolici partes, articuli fidei vulgo appellatæ.

Duodecim ſymboli Apoſtolici partes.] An credibilia ſint per certos articulos diſtinguenda? $22^{\text{æ}}$.q.1.ar.6.
An cõuenienter articuli fidei enumerentur? $22^{\text{æ}}$.q.1.ar.8.
An conuenienter articuli fidei in ſymbolo ponantur? $22^{\text{æ}}$, quæſt.1.ar,9.o.
Ad quem pertinet fidei ſymbolum ordinare? $22^{\text{æ}}$.quęſt.1.artic.10.o.

*Quarum prima eſt,*

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

II.

Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum.

III.

Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

IIII.

Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortus & ſepultus.

V.

Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

VI.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris ompotentis.

VII.

Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

VIII.

Credo in Spiritum ſanctum.

IX.

Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem.

X.

Remiſſionem peccatorum.

XI.

Carnis reſurrectionem.

XII.

Vitam æternam. Amen.

Credo. ] Quid credere? $22^{\ae}$.q.2.1.o.
In Deum. ] Quomodo diſtinguantur credo Deo, credere Deum, & credere in Deum. $22^{\ae}$.q.2.2.o.
Deum.] De Deo, $1^{a}$.q.2.vſque ad q.$44^{am}$.
Vtrum Deus ſit vnus? $1^{a}$.q.$11^{a}$.3.& 4.
Vtrum in diuinis ſit trinitas? q.31.1.o.
An credere trinitate explicite ſit de neceſſitate ſalutis? $22^{\ae}$.q.2.8.o.
Patrem. ] De perſona patris, $1^{a}$.q.33.o.
Omnipotentem. ] De potentia Dei, $1^{a}$.q.26.o.
Cur potentia quæ communis eſt toti trinitati, appropriatur patri? $1^{a}$.q.39.8.c.circa med.
Cur creare, efficere, ſiue ex quo tribuitur patri? ibid.
De creatione rerum, $1^{a}$.q.44.& ſeq.
De ſcientia Dei, quæ eſt cauſa rerum, $1^{a}$.q.14.o.
De voluntate Dei, quę etiam cauſa rerum eſt, $1^{a}$.q.$19^{a}$.o.
De prouidentia Dei & eius partibus, $1^{a}$.q.22.& 23.o.
De gubernatione rerum, $1^{a}$.q.103.vſque ad q.106.
Cœli & terræ. ] De angelis, $1^{a}$.q.50.vſque ad $65^{am}$.
De opere creationis creaturæ corporalis, $1^{a}$.q.$65^{a}$. vſque ad $75^{am}$.
De homine, $1^{a}$.q.$75^{a}$.vſque ad q.$103^{a}$m.
Et in Ieſum. ] An credere explicite myſterium Chriſti ſit de neceſſitate ſalutis, $22^{\ae}$.q.2.7.o.
De nomine Ieſu. 3.q.37.2 o.
An alio modo poſſimus ſaluati quàm per Chriſtum? $12^{\ae}$.q.91.5.$2^{m}$.& $22^{\ae}$.q 2.ar.c.
Filium eius. ] De perſona filij, $1^{a}$.q.34.& q.35.
Vnicum.] Quomodo Chriſtus ſit filius vnicus patris. $1^{a}$.q.41.3.c.& 43.3.3.$2^{m}$.
Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. ] De incarnatione Chriſti, $3^{a}$.q.1.& ſeq.vſque ad q.$40^{am}$.
Cur Chriſti conceptio attribuitur Spiritui ſancto? $3^{a}$.q.32.2.c.potiſſimum.
An Chriſtus debeat dici conceptus de Spiritu ſancto? $3^{a}$.q.32.2.o.
De modo & ordine conceptionis Chriſti, $3^{a}$.q.33.o.
Natus ex Maria.] De natiuitate Chriſti. $3^{a}$.q.35.o.
An B. Maria ſit vera & naturalis mater Chriſti? $3^{a}$.q.35.3.o.
An B. Maria ſit mater Dei? $3^{a}$.q.35.4.o.
Virgine. ] De virginitate B. Mariæ, $3^{a}$.q.28.o.
Paſſus. ] De paſſione Chriſti, $3^{a}$.q.46.vſque ad 50.
Sub Pontio Pilato. ] Cur Chriſtus voluit pati a gentilibus? $3^{a}$.q.47.4.c.& $1^{m}$.
An Pontius Pilatus tradens Chriſtum crucifigendum omnium maxime peccauerit? $3^{a}$.q.47.6.$2^{m}$.
Crucifixus. ] Cur conneniens fuit Chriſtum in cruce pati? $3^{a}$.q.46.4.c.potiſſimum.
Mortuus. ] De morte Chriſti, $3^{a}$.q.50.o.
Sepultus. ] De ſepultura Chriſti, $3^{a}$.q.51.o.
Deſcendit ad inferos. ] De deſcenſu Chriſti ad inferos, $3^{a}$.q.52.o.
$3^{a}$.die reſurrexit à mortuis. ] De reſurrectione Chriſti, $3^{a}$.q.53.vſque ad $57^{am}$.
An fuerit conueniens Chriſtum tertia die reſurgere? $3^{a}$.q.53.2.o.
Aſcendit ad cœlos. ] De aſcenſione Chriſti? $3^{a}$.q.57.o.
Sedet ad dexteram Dei patris.] De ſeſſione Chriſti ad dexteram paris, $3^{a}$.q.58.o.
Inde venturus eſt iudicare. ] De iudiciaria poteſtate Chriſti, $3^{a}$.q.59.o.& Sup.q.89.& 90.
Credo in Spiritum ſanctum. ] De perſona Spiritus ſancti, $1^{a}$.q.36.q.37.& q.38.
Cùm ſit eadem notitia Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cur traduntur de illi diuerſi articuli? $22^{\ae}$.q.1.ar.8.$3^{m}$.
An Spiritus ſanctus ſit Deus? ibid.& $1^{a}$.q.27.1.c.
Sanctam Eccleſiam.] Quorum hominum Chriſtus ſit actu caput, $3^{a}$.q.8.3.& $2^{m}$.potiſſimum.
An corpus Eccleſiæ myſticum conſiſtat ex hominibus & angelis, ex viatoribus & beatis. $3^{a}$.q.8.4.c.$2^{m}$.
An ſit vna Eccleſia omnium fidelium noui & veteris Teſtamenti, $3^{a}$.q.8.3.$3^{m}$.
Sanctorum com. ] An ſit ſanctorum communio in Eccleſia? $1^{a}$.q.25.1.c.& 2.$5^{m}$.
Remiſſionem peccatorum.] An remiſſio peccatorum ſit in Eccleſia? $22^{\ae}$.q.20.2.c.& $3^{m}$.
An per baptiſmum tollantur omnia peccata? $3^{a}$.q.69.1.o.
An per ſacramentum Euchariſtiæ remittantur peccata? $3^{a}$.q.79.3.& 4.
An per pœnitentiam remoueantur omnia peccata? $3^{a}$.q.86.1.
De remiſſione venialium peccatorum, $3^{a}$.q.87.o.
An poteſtas clauium ſe extendat ad remiſſionem culpæ? Sup.q.18.1.o.
Carnis reſurrectionem. ] De reſurrectione in fine mundi futura. $3^{a}$.q.53.1.c.& q.56.1.o.& Sup.75.vſque ad q.$88^{am}$.
Vitam æternam.] De receptaculis animarum poſt earum mortem, Sup q.69.o.
De libro vitæ, $1^{a}$.q.24.
An aliquis deleatur de libro vitæ? $1^{a}$.q.24.3.o.
De beatitudine æterna, $12^{\ae}$.q.$2^{a}$.vſque ad q $6^{am}$.
An homo in gratia conſtitutus poſſit mereri vitam æternam? $12^{\ae}$.q.115.3.o.
An beatitudo ſemel habita poſſit amitti? $12^{\ae}$.q.5.4.o. & 1.q.24.3.o.
De viſione diuinæ eſſentię, $1^{a}$.q.12.o.& Sup.q.92.o.
De ſanctorum beatitudine & eorum manſionibus, Sup. q.93.o.
De dotibus beatorum, Sup.q.95.o.
De aureolis, Sup.96.o.
De pœna damnatorum, Sup.97.vſque ad finem.

Hoc ſymbolum veram Dei, diuinarumq́ue rerum cognitionem, quę ad bene beateq́ue viuendum cuique neceſſaria eſt, briuiter ac dilucidè ob oculos ponens, rectè quoque in tres partes diſtribuitur.

In

In quart. { Prima, *diuinæ naturæ perſona prima, & mirabile creationis opus deſcribitur; quod ſit artic. 1.*

Altera, *diuinæ naturæ ſecunda perſona, & humanæ redemptionis myſterium exprimitur, quod ſit per ſex ſequentes articulos.*

Tertia, *ad finem vſque Symboli, de tertia in diuinis perſona agitur, quæ caput & fons eſt omnis ſanctitatis, per quam Eccleſia peccatorum remiſsione accepta, ſancta redditur, & glorioſam in poſterum carnis reſurrectionem, vitamq; æternam certo expectat.* }

Sex ſequentes articulos.] Cur plures articuli ponuntur circa perſonam Filij, & Spiritus ſancti, quam circa perſonam Patris? 22æ.q.1.ar.8.4m.

## DE SPE.

Spes eſt virtus diuinitus infuſa, qua homo fidelis in præſens quidem ſeculum bona ſalutaria, in poſterum vero ipſam ſalutem æternam firma cum fiducia expectat.

Hæc virtus exercetur precatione potiſſimum, cuius perfectiſſimum exemplar eſt precatio Dominica.

Cuius partes ſunt { vna præfatiuncula, & ſeptem petitiones. }

Spes eſt virtus.] An ſpes ſit virtus? 22æ.q.17.1.o.
Diuinitus infuſa.] An ſpes nobis à Deo infundatur? 12æ.q.62.1.c.& 3.
Homo fidelis.] De ſubiecto ſpei, 22æ.q.18.o.
In præſens quidem bona ſalutaria.] An bona huius vitę ſint obiectum ſpei? 22æ.q.7.2.2m.
In poſterum vero ipſam ſalutem æternam.] An æterna beatitudo ſit obiectum proprium ſpei? 22æ.q.17 2 o.
Firma cum fiducia expectet.] An ſpes viatorum habeat certitudinem? 22æ.q.18.4.o.
Fiducia quid? 22æ q.129.6.c.
Expectat.] An aliquis poſſit non ſolum ſibi, ſed & alteri expectare ęternam beatitudinem? 22æ.q.17 3.o.
De vitijs oppoſitis ſpei, deſperatione & præſumptione, 22æ q.20.& 21.o.
Precatio Dominica.] Precatio ſiue oratio quid? 22æ q. 83.1.c.
De conuenientia, vtilitate & neceſſitate orationis, 22æ.q. 83 2 o & 3.2m & 15 & 16.
De partibus & gradibus orationis, 22æ.q.83.17.o.
De ijs quæ petenda ſunt, 22æ.q.83 5.& 6 o.
Pro quibus orandum ſit, 22æ.q.83.6.& 8.
Quis orandus ſit, 22æ.q 83 4.o.
Quæ ratio in orando requiratur, 22æ. q 83.12.13 & 14.
Quæ virtutes requirantur ad bonitatem orationis, 22æ. q 83.15.c.& 3m.

*Præfatiuncula eſt hoc initium;*

Pater noſter qui es in cœlis.

*Septem verò petitiones ſunt iſtæ;*

I.

Sanctificetur nomen tuum.

II.

Adueniat regnum tuum.

III.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

IIII.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

V.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

VI.

Et ne nos inducas in tentationem.

VII.

Sed libera nos à malo, Amen.

Pater noſter.] Quomodo Deus dicatur pater noſter, & nos eius filij? 1ª.q.33.3.c.
Cur potius dicimus pater noſter, quàm pater mi? 22æ.q. 83.7.1m.
Cum Deus præueniat nos ſua beneuolentia, cur igitur videmur velle captare eius beneuolentiam, dicendo, Pater noſter? 22æ.q.83 9.5m.
Septem vero petitiones ſunt iſtæ.] An conuenienter hæ ſeptem petitiones orationis Dominicæ aſſignentur? 22æ q 83 9.c.
Sanctificetur nomen tuum.] Cum nomen Dei ſit ſemper ſanctum, cur igitur petimus illud ſanctificari? 22æ. q.83 9.1m.
Adueniat regnum tuum. Cum Chriſtus nunc regnet, & regnum eius ſit ſempiternum, quomodo petimus illud aduenire? 22æ.q.83 9.1m.
Fiat voluntas tua.] Cum ſcriptum ſit, Omnis voluntas mea fiet, quomodo non eſt vanum petere, vt fiat voluntas Dei? 22æ.q 83.9.1m.
De duplici voluntate Dei, beneplaciti & ſigni. 1ª. q. 19. 11 c.
Quæ ſigna circa diuinam voluntatem ponuntur? 1ª. q. 19.12.o.
Sicut in cœlo & in terra.] Quid per cœlum & terram hic intelligatur. 22æ. q.83 9.1m.
An dictæ tres petitiones ſint in hac vita implendæ? 22æ. q. 83.9.1m.
An quatuor ſequentes petitiones in hac vita impleantur? ibidem.
Panem noſtrum quotidianum.] Quomodo hæc petitio ſit vtilis ad beatitudinem? 22æ.q.83.9.c.circa med.
Quidnã intelligatur nomine panis nr̃i quotidiani? ibid.
Et dimitte nobis debita noſtra] Cum quatuor pręcedentes petitiones pertineant ad conſequendum bonum, & tres ſequentes ſpectent ad amotionem mali, & cum prius ſit recedere a malo quàm conſequi bonum, cur igitur hæ tres ſequentes petitiones ordine ſubſequuntur quatuor primas? 22æ.q.83.9.2m.
Sicut & nos dimittimus.] An ſi aliquis nolit fratri ſuo remittere offenſam, ſine mendacio poſſit dicere hanc partem orationis Dominicæ? 22æ.q 83.15.3m
Et ne nos inducas.] An hic petamus vt non tentemur, ſed potius vt à tẽtatione non vincamur? 22æ.q.83 9.c.f.
Sed libera nos à malo.] Quidnam hic petatur amoueri? 22æ q.83 9.c.f.
Cur B. Lucas hanc petitionem prætermiſit? 22æ. q.83 9. 4m.f.

Præfatiuncula illa, *Pater noſter qui es in cœlis*, nobis in memoriam reducit ſummum illud beneficium quo nos Deus pater in gratiam recepit, ac propter Ieſum filium in ſuos filios adoptauit.

In gratiam recepit.] An per paſſionem Chriſti ſimus Deo reconciliati? 3ª q.49.4.o.
In ſuos filios adoptauit.] Quomodo Deus ex ſua bonitate rationalem creaturam admittat ad beatitudinis hæreditatem? 3ª.q.23.1.c.
Cùm Chriſtus ſit naturalis filius patris, & adoptio ſit introducta in defectum naturalis filij, quomodo Deo cõuenit nos in filios ſuos adoptare? 3ª.q.23 1 2m.
Quomodo adoptemur in filios Dei? 12æ q 114 3 c.f.
Quæ ſit differentia inter Deum adoptãtem & hominem adoptantem? 3ª.q.23 1.c.fi
Quæ ſit differentia inter filium Dei adoptiuum & naturalem? 3ª.q.23.2.c.

Petiti-

*Petitiones vero ſeptem, ita diſtinguũtur,*
- Prioribus quatuor, *bona precamur;*
  - 1 diuinę maieſtatis honorem & gloriam.
  - 2 noſtram felicitatem.
  - 3 obedientiam Deo debitam.
  - 4 corporis animęque ſuſtentationem.
- Reliquis tribus, *mala ſcibus à nobis auertimus.*
  - 1 peccata.
  - 2 tentationes ad peccatum pertrahentes.
  - 3 futuræ vitæ calamitates.

Huic precationi vt ſtatim ſubnectatur Deiparæ Virginis Mariæ ſalutatio, quę Angelica dicitur, longo iam Chriſtianorum vſu receptum eſt, quæ ſic habet.

Aue (MARIA) gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus Chriſtus: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

Cuius tres ſunt partes,
- Prima *ad Mariam virginem eius cõmendandæ cauſa ad angelo prolata eſt, videlicet iſta:* Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Luc. 1.
- Secundam *Eliſabeth, ad filij laudem adiecit, hanc nimirum,* Et benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.
- Tertiam *Eccleſia adiunxit; cuius illud quidem* (IESVS CHRISTVS) *explicationis cauſa; illud vero,* Sancta Maria mater Dei ora, &c. *vt nõ tantum laudandam, ſed etiam inuocandam eſſe B. Virginem nos moneret, adiecit.*

Aue gratia plena.] Cur hac inſolita ſalutatione ſalutauerit angelus B. Mariam? $3^{a}$.q.30 4.c.prin.
Gratia plena.] De ſanctificatione B. Virginis. $3^{a}$.q.27.
Quid angelus expreſſit dicendo, Gratia plena? $3^{a}$.q.30. 4.c.princ.
Cum plenitudo gratiæ ſit propria Chriſto, quomodo B. Maria dicitur plena gratia? $3^{a}$.q.7.ar.10.$1^{m}$.& q.27 5.$1^{m}$.
An B. Maria in tota ſua vita nunquam peccatum aliquod actuale admiſerit? $3^{a}$.q.27.4.o
Dominus tecum.] An hic exprimatur conceptus B. Mariæ? $3^{a}$.q.30.4.c.
Benedicta tu in mulieribus.] Quid his verbis angelus ſignificare voluit? $3^{a}$ q.30.4.c.
Et benedictus fructus ventris tui.] An B. Maria ſit vera & naturalis mater Chriſti; $3^{a}$.q.35.3.o.
An in Chriſto fuerit plenitudo gratiæ? $3^{a}$ q.$7^{a}$.ar.9 & 10.
Mater Dei.] An B. Maria dicenda ſit eſſe vera mater Dei? $3^{a}$.q.35.4.o.
Sed etiam inuocandam.] An B. Maria præ cęteris ſanctis omnibus ſit honoranda & adoranda? $3^{a}$. q.25.5.c.fi.& $3^{m}$.potiſſimum.

## DE CHARITATE

Charitas eſt virtus diuinitus infuſa, qua ſincere Deus propter ſe, & proximus propter Drum diligitur.

*De charitate, $22^{ae}$.q.23 vſque ad q.47.*

Charitas quid? $22^{ae}$.q.25.1.& 2.
Eſt virtus.] An charitas ſit virtus? $22^{a}$, q.23.3.o.
Qualis ſit virtus? $22^{ae}$.q.23 4.5.& 6 7.
An ſit forma omnium virtutum? $22^{ae}$.q.23 8 o.
Diuinitus infuſa.] An charitas cauſetur in nobis ex infuſione? $22^{ae}$.q.24 2.o. An charitas infundatur ſecundum capacitatem naturalium? $22^{ae}$.q.24 3.o.
Qua ſincere Deus propter ſe.] An Deus ſit propter ſeipſum, & non propter aliud diligendus? $22^{ae}$.q.27.3 o.& 23 5 $2^{m}$.
An Deus ſit magis diligendus quàm proximus? $22^{ae}$.q. 26.2.o.
An homo debeat ex charitate plus diligere Deum quàm ſeipſum? $22^{ae}$.q.26.3 o.
Et proximus.] Quis eſt proximus? $22^{ae}$.q.44 7.c.prin.
An dilectio ſiſtat in Deo, & non ſe extendat ad proximũ? $22^{ae}$.q.25. 1.o.
An peccatores ſint ex charitate diligendi? $22^{ae}$.q.25.6. 8.& 9.
An angelos ex charitate debeamus diligere? $22^{ae}$.q.25. 10.o.
An dæmones ſint ex charitate diligendi? $22^{ae}$.q.25.11.o.
Quis cui in dilectione ſit præferendus: $22^{a}$.q.26.o.
Propter Deum.] Quomodo proximus ſit diligendus propter Deum? $22^{ae}$. q.23.5.o. & q.26.2.c.potiſſimum. & q.44.7.o.
Diligitur.] Diligere ſiue amare quid? $22^{ae}$.q.27.2.o.

*Ex qua definitione liquete.*

duas eſſe charitatis partes, videlicet,
- *Dilectionem Dei &*
- *Dilectionem proximi.*

Quibus tertia ex naturali lege add[illegible] eſt, videlicet ſuiipſius dilectio.

Quæ omnes partes,) præceptorum tum Dei, tum Eccleſiæ obſeruatione, ſeſe foris oſtendunt; & veluti e tenebris in lucem prodeunt.

Ex diuinis autem præceptis præcipua ſunt
- *Naturæ*, duo;
- *Decalogi*, decem.

Naturæ duo præcepta ſunt hæc,

*Prius,*

Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Matth. 7.

*Alterum,*

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando facias alteri. Tob. 4.

Duas eſſe.] Si duæ ſint partes charitatis, dilectio ſcilicet Dei & proximi, an ergo charitas non ſit vna virtus? $22^{ae}$ q.23.5.$1^{m}$.potiſſimum.
Videlicet ſuiipſius dilectio.] An homo diligat ſeipſum ex charitate? $22^{ae}$.q.25.4 o.
An homo corpus ſuum ex charitate diligat? $22^{ae}$.q 25.5.o.
An peccatores ſeipſos diligant? $22^{ae}$.q.25.7.o.
Si homo debeat ſeipſum diligere, cur igitur de dilectione ſuiipſius non fuit aliquod præceptum datum? $22^{ae}$.q.44. 3.$1^{m}$.& $12^{ae}$.q.100 5.$1^{m}$.
Præceptorum tum Dei, tum Eccl.] An charitatis ratio in hoc conſiſtat, ꝙ homo velit ſe Deo ſubijcere, & præceptorum regulam in omnibus ſequi? $22^{ae}$. q.24. 2.c. prin.
Ex diuinis autem præceptis præcipua ſunt, Naturæ duo.] An in nobis ſit aliqua lex naturalis? $12^{ae}$.q.91.2.o.
An lex naturæ contineat plura præceptas? $22^{ae}$. q.94. 2.o.
Decalogi decem.] An omnia præcepta moralia reducantur ad decem præcepta Decalogi? $12^{ae}$.q.100 3 o.
Quomodo præcepta decalogi ſint diſtinguenda? $12^{ae}$.q. 100 4 o.
An præcepta decalogi ſint debito & conuenienti ordinę diſpoſita? $12^{ae}$.q.100.6 o.
An præcepta decalogi conuenienter tradantur? $12^{ae}$.q. 100.7.o.

An præ-

An præcepta decalogi ſint diſpenſabilia? 12æ. q.100.8.o.
Omnia quæcunque vultis.] 12æ q.99.1.3m.& q.94.4.1m.
Quod ab alio oderis.] 12æ.q.94.2.c.f.& 100.3.c.

*Decalogi decem præcepta his verbis ſcriptura recenſet.*

I.

a Exo.20. a Ego ſum Dominus Deus tuus
b Leu.26. Non habebis deos alienos coram me.
Non facies tibi ſcultipile b vt adores illud.

II.

c Exo.20. c Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

III.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices.

IIII.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

V.

Non occides.

VI.

Non mœchaberis.

VII.

Non furtum facies.

VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

IX.

Non concupiſces vxorem proximi tui.

X.

Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quę illius ſunt.

Hæc Decalogi decem pręcepta bifariam diuiduntur, { Tria enim ex his ad Deum pertinent: & priori tabula continentur. Reliqua vero ſeptem ad proximum, & ad tabulam poſteriorem ſpectant. }

Ego ſum Dominus Deus tuus.] An ſint diuerſa præcepta, ſcilicet, Ego ſum Dominus Deus tuus, & non habebis Deos alienos coram me? 12æ.q.100.4 2m.
Non facies tibi ſculptile.] An ſit vnum præceptum, Non habebis Deos alienos coram me, & non facies tibi ſculptile? 12æ.q.100.4.c.ſub finem, & 1m.
An primum præceptum decalogi conuenienter tradatur? 22æ.q.122.2.o.
Quid prohibetur hoc primo præcepto? 22æ. q.122.2.c.fin. 2m. & 3m.
Quid præcipitur homini hoc primo præcepto? 12æ. quæſt. 100. 5.
De religione, & eius actibus. 22æ.q.81.& 4.ſeq.
De ſuperſtitione. 22æ.q 92.
De ſpeciebus ſuperſtitionis 22æ.q.93. & ſeq. vſque ad 97.
Non aſſumes nomen.] An ſecundum præceptum decalogi conuenienter tradatur? 22æ.q.122.3.o.
Cum ſint multa nomina Dei, cur ſingulariter dicitur, Non aſſumes nomen Dei, & non potius, nomina Dei? 22æ.q.122.3.5m.
Quid prohibetur hoc præcepto? 12æ. q.100.5. 3m. & 22æ. q.122.3.c.f.2m. & 4m.
Quid præcipiatur hoc præcepto? 22æ.q.100.5.c.
De iuramento. 22æ.q.84.o.
De periurio. 22æ.98.o.
Cur in Exodo huic præcepto, ſicut & primo, peculiariter aditur cominatio pęnæ? 12æ.q.100 7.4m.
Memento vt diem ſabbathi ſanctifices.] An tertium præceptum decalogi de ſanctificatione, ſcilicet ſabbathi conuenienter tradatur? 12æ.q.122.4.o.
Cum omnia pręcepta Dei ſint in memoria retinenda, cur in ſolo tertio præcepto fit mentio de memoria? 12æ.q. 100 7.5m.
Cum ad cultum Dei pertineat non ſolum ſabbathum, ſed multæ aliæ ſolennitates, cur igitur ſolum fit mentio ſabbathi in tertio præcepto? 12æ.q.100.5.2m. & 22æ.q. 122 4.2m.
Quid hoc præcepto præcipiatur? 12æ. q.100.5. c.& 22æ.q. 122.4.c.1m.& 3m.
Quis hoc pręceptum tertium tranſgredi dicendus eſt? 22æ. q.122.4.3m.
De feſtis vt infra in primo præcepto Eccleſiæ.
Quomodo præceptum hoc de ſanctificatione ſabbathi, ſeruatur in nouo teſtamento? 12æ.q.122.4 4m.
Honora patrem tuum.] Cur præceptum de honorandis parentibus ponitur primum inter præcepta de dilectione proximi data? 12æ.q.100.7. c. & 2m. & 22æ.quæſt. 122 5.c.
Cum prius ſint extirpanda vitia, quæ prohibentur per pręcepta negatiua, quàm ſint inſerendæ virtutes, quarum actus præcipiuntur per præcepta negatiua, quomodo primum præceptum concernens proximum eſt affirmatiuum? 12æ.q.100.6.2m.
Cur magis datur ſpeciale præceptum de pietate, quam de obſeruantia, honore, gratia, & ſimilibus? 22æ. quæſt. 122 5.1m.
Cur magis præcipitur honor parentum, quàm eorum ſuſtentatio? 22æ.q.122.5.3m.
Cur magis ponitur pręceptum de honorandis parentibus, quàm de diligendis filijs? 12æ q.100.5.4m.
Vt ſis longæuus ſuper terram.] Cur ſolum in primo & quarto præcepto additur promiſſio? 12æ.q.100.7.3m.
Cum honorantes parētes ſuos contingit cito eripi ex hac vita, quomodo promiſſionis huius veritas ſaluatur? 22æ. q.122 5.4m.
De pietate 22æ.q 101.
De obſeruantia. 22æ.q.102.
De honore. 22æ.q.103.
De obedientia & inobedientia. 22æ.q.104.& q.105.
De gratia, ſiue gratitudine & ingratitudine. 22æ. q.106. & 107.o.
Non occides.] De quibus hoc dicitur? 22æ.q.64.1 8.
An occidere quęcunque viuentia ſit illicitum? 22æ.quęſt. 64.1.o.
Quando & cui liceat occidere homines peccatores 22æ. q 64.2.3 & 4.
An liceat aliquo caſu occidere innocentem? 22æ. quæſt. 64.6.o.
An non liceat homini occidere alium, ſe defendēdo? 22æ. q.64 7 o.
An aliquis cauſaliter hominem occidēs, incurrat rearum homicidij? 22æ.q.64.8 o.
An liceat alicui ſeipſum occidere? 22æ.q.64.5.o.
An bellare ſit peccatum. 22æ.q.40.1.
An ſolum homicidium hic prohibeatur? 22æ.quæſt.122. 6. 2m.
De vindicta. 22æ.q.108.o.
De ira. 22æ.q.128.o.
De inuidia. 22æ.q.36.o.
De odio proximi. 22æ.q.39.3. & ſequen.
De diſcordia. 22æ q.37.
De pace, & concordia. 22æ.q.29.o.
Non męchaberis.] Quid hic inlelligitur prohiberi? 12æ. q.100.5.c.& 22æ.q 122.6.2m.
De luxuria. 22æ.q.153.
De ſpeciebus luxuriæ. 22æ.q.154.
An in tactibus & oſculis cōſiſtat peccatum mortale? 22æ. q.154 4.o.
De caſtitate virginitate. 22æ.q.151 & 152.
De abſtinentia & ieiunio. 22æ.q.147.& 148.
Non furtum facies.] Quid hic prohibeatur. 12æ.q.100.5.c. 22æ.q.122.6.2m.
De furto & rapina. 22æ.q.66.ar.3.& ſeq.
De fraude quæ contingit in emptione & venditione. 22æ. q.77.o.
De vſura. 22æ.q.78.
De reſtitutione. 22æ.q.62.o.
De eleemoſynis. 22æ.q 32.o.
De liberalitate. 22æ.q 117.

De auaritia.22æ.q.118.
De prodigalitate 22æ.q.119.
Non loqueris contra proximum falſum teſtimonium.] Quid hoc præcepto vetitum eſt? 12æ.q 100.5.c. & 22æ.q.122.6.2m.
An falſum teſtimonium ſemper ſit peccatum mortale. 22æ.q 70 4.0.
De veritate.22æ.q.109.
De mendacio & reliquis vitijs veritati oppoſitis.22æ.q. 100.vſque ad q.114.
De amicitia, quæ dicitur affabilitas, 22æ.q 114.
De vitijs affabilitati oppoſitis.22æ.q.115.& 116.
De contumelia, detractione, & ceteris iniurijs verborum. 28æ.q 72.vſque ad 77am.
Non concupiſces vxorem proximi tui.] Quid hic prohibeatur.12æ.q.100.5.c.
Cur magis ponitur præceptum prohibens concupiſcentiam adulterij & furti, quàm concupiſcentiam homicidij & falſi teſtimonij? 12æ.q. 100.5. 5m. & 22æ.q. 122.6.4m.
Cum prior ſit actus cordis, quàm oris vel exterioris, quomodo pręcepta prohibentia actum cordis & concupiſcentiam ponuntur vltimo loco? 12æ.q.100 6.3m.
Non domum, non agrum, non ſeruum.] Cur de concupiſcentia vxoris alienæ & rei alienæ ponuntur duo præcepta? 12æ.q.100.4.c.fi.& 3m.
Priori tabula.] An præcepa de dilectione Dei conuenienti methodo præponantur præceptis de dilectione proximi? 12æ.q 100.6.1m.

## BREVIS ANNOTATIO de vera, & Germana primi præcepti intelligentia, contra Iconoclaſtas.

Primo decalogi præcepto, vetat Deus idololatriam, quæ Moyſi temporibus longe, lateq; per orbem terrarum diffuſa erat.

Committitur autem idololatriæ impietas, quando idolo cuipiam cultus ſoli Deo debitus tribuitur; ſeu quando rei commentitiæ, aut cuipiam creaturę, vis, poteſtas, excellentia, & dignitas Dei propria ineſſe creditur; ob idq; illi, vt Deo, honor & cultus nuſquam alio relatus defertur: quomodo pagani Deos ſuos & idola colebant.

Quòd autem non prohibeantur hoc loco penitus omnes omnium rerum arte expreſſæ ſimilitudines, & creaturarum imagines, vt extrena verborum facies præ ſe ferre videtur, Deus ipſe quum multis alijs, tum ſequentibus ſcripturæ locis maniſeſtiſſime declarat: *Duos quoque*, inquit Deus, Moyſi loquens, *Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi.* Exod.25.

Expreſſæ ſimilitudines.] An his verbis, non facies tibi ſculptile, prohibeatur vſus imaginum? 12æ.q.100 4.c. & 3.q.25.3. 1m. potiſſimum.
Imagines ſanctorum cur in eccleſia, 22æ.q 94.2 1m.
Am imago Chriſti & ſanctorum ſit adoranda? 3. q.25.3.

Item, *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri, filij Hur, de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia in opere, ad excogitandum quicquid, fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & ære, & marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum.* Exod.31.

Deinde ſequitur: *Beſeleel fecit duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorij.* Exod.37.

Idem conuincit etiam iſte Scripturę locus: *Orauit Moyſes pro populo, & locutus eſt Deus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno; qui percuſſus reſpexerit eum, viuet.* Num.21.

Item, is qui primi Paralip.cap.28. extat, vbi dicitur, *Dauid aurum & argentum Salomoni dediſſe ad leones & leunculos inde conficiendos.*

Vnde luce meridiana clarius euadit, non omnem ante expreſſam ſimilitudinem, neque omnem creaturarum artificioſam figurationem, à Deo hoc primo præcepto interdictam fuiſſe: ſed talem dumtaxat ſimilitudinem, quæ vel ipſa pro Deo coleretur, vel quæ ad falſi Dei honorem conſtructa, in aliqua haberetur veneratione.

Hinc quoque palam eſt imaginum vſum apud Catholicos receptum, & ab Eccleſia approbatum, nihil habere commune cum eo, quod hoc primo Decalogi præcepto prohibetur: quippe, qui longiſſimè ab idololatrarum ſuperſtitione & impietate diſtat. Non enim poteſtatem, dignitatem, aut vim diuinam Catholici imaginibus tribuunt, neque eas, vt Deos colunt, neque etiam ad falſi & commentitij alicuius Dei venerationem eas habent, ſed vt vel per eas, vel coram ijs Deum ipſum, & ſanctos (intimos eius amicos) honore, qui illis debetur, afficiant. [a] Sanctos enim, qui in cælo ſunt iuſtè honorari, nemo, niſi fide & communi ſenſu priuatus, negauerit. Nam ſi rectè viuos illuſtri aliqua virtute, aut dignitate præditos, vel corporis inclinatione, vel capitis apertione, vel alio venerationis genere honoramus & colimus, exemplo Dauidis, qui (vt ſcriptura commemorat. 1 Reg.24.) pronus in terram Saulem adorauit: an non longe iuſtius eſt, [b] ſanctos cum Chriſto in cælis feliciter regnantes perfectiſſimaque virtute iam præditos, ac ſummam dignitatem propter glorioſum certamen, quod in præſenti vita certarunt adeptos, quos (Chriſto hoc eis promittente Ioannis 12.) nunc ipſe pater cęleſtis honorificat, & nos quoque miſelli adhuc & viles homunciones honorare? Rectè denique & citra primi iſtius [c] præcepti tranſgreſſionem, vt nos in ſuis apud Deum precibus adiuuent, Sanctos rogamus. Neque hoc magis fit cum vllius diuini præcepti violatione, vel cum mediatoris noſtri Ieſu Chriſti iniuria, quàm illud quod Paulus Romanos, Corinthios, Theſſalonicen. Hebræos, &c. ſuos apud Deum deprecatores conſtituit, dicens: Fratres orate pro nobis.2. Theſſal.3. & Heb.13. Item, Adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. Roman.15. & 2.Corinth.1. Itaque omnem iſtum apud Catholicos vſitatum & receptum, tum imaginum, tum regnantium cum Chriſto ſanctorum cultum & honorem, quòd totus ad vnius Dei Opt. Max. laudem & gloriam referatur atque redundet, ſanctum & Deo gratum eſſe rectè Eccleſia iudicauit, & pij omnes eius auctoritati (vt decet) morigero & lubenti animo ſeſe ſubijcientes, idem firmiter credunt atque profitentur.

a Quibus debebatur honor.22æ.q 103.2.c.
Quomodo aliter Deus honoretur, & aliter eius creaturæ. 22æ.q.84 2 1m.& q 103 3.0.
b An ſancti nunc ſint beati? 1.q.85.1.2m 22æ.q.28.1.2m. & q.83 11 3a.q 51 5.Sup.q.69.2.
c An ſancti ſint orandi? 22æ q.83 4 0 & Sup q 72.2.
An ſancti qui ſunt in patria orent pro nobis? 22æ. quæſt. 83.11 0.
An orationes ſanctorum pro nobis ad Deum fuſæ, ſemper exaudiantur? Sup.q.72.3.0.

Ex præceptis autem eccleſiæ quinque ſint, quorum, vt obſeruatio, ita etiam cognitio omnibus Chriſtianis eſt neceſſaria.

I.

Dies feſtos ab Eccleſia præſcriptos celebrato.

II.

Miſſam integram ſingulis feſtis atque Dominicis diebus audito.

III.

Indicta certis diebus ieiunia, & à nonnullis cibis, quo tempore illorum vſus prohibitus eſt, abſtinentiam ſeruato.

IIII.

Sacerdoti proprio, vel alij eius locum tenentis ſingulis ſaltem annis confitetur.

V.

Sacroſanctam Euchariſtiam, minimum ſemel in anno, idque ad Paſchalem ſolennitatem ſumito.

Quæ quidem omnia, tam diuina, quàm eccleſiaſtica præcepta, duobus ſequentibus incluſa tenentur.

*Prius eſt.*

Luc. 10. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus, viribus tuis, & ex omni mente tua.

*Alterum eſt.*

Luc. 10. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Ex præceptis autem Eccleſiæ.] An eccleſia poſſit condere legem in pertineutibus ad cultum Dei? 22æ. q.10.10.c.
An lex humana imponat homini neceſſitatē in foro conſcientiæ? 12æ.q.96.4.o.
Dies feſtos. ] Vide tertium mandatum Decalogi de feſtis. 12æ. q.103.4.4m.22æ. quæſt.40.4. & queſt.122. 4.o. & 147. 5.c.
Indicta certis diebus. ] An ieiunium ſit in præcepto? 22æ. q.147.3.o.
An omnes ad ieiunia eccleſiæ teneantur? 22æ.q.147.4.o.
An conuenienter determinata ſint tempora ieiunij eccleſiæ? 22æ.q.147.5.o.
Et à nonnullis cibis.] An conuenienter ieiunantibus indicatur abſtinentia à carnibus, ouis, & lacticinijs? 22æ. q.147.8.o.
Sacerdoti proprio ] De miniſtro confeſſionis. Sup.q.8.o.
An ſit neceſſarium, quòd homo confiteatur proprio ſacerdoti? Sup.q.8.4.o.
An poſſit aliquis alteri, quam proprio ſacerdoti confiteri ex priuilegio vel mandato ſuperioris? Sup.q.8.5.o.
An in fine vitæ pœnitens poſſit à quolibet ſacerdote abſolui? Sup.q.8.6.o.
Singulis ſaltem annis confitetur. ] An omnes ad confeſſionem teneantur? Sup.q.6.3.o.
An quis ſtatim poſt peccatum admiſſum teneatur confiteri. Sup.q.6.5.o.
An poſſit cum aliquo diſpenſari ne confiteatur homini peccata? Sup.q.6.ar.6.o.
Sacroſanctam Euchariſtiam. ] An liceat ceſſare omnino à communione? 3a q.80 11 o.
Pręcepta duobus ſequentibus. ] An duo hęc præcepta charitate ſufficiant? 22æ.q.44 3.o.
Diliges Dominum Deum tuum ] An conuenienter mandetur Deus diligi ex toto corde? 22æ.q 44 4 o.
An conuenienter addatur huic præcepto, Ex tota anima tua? 22æ.q.44 5.o.
Quid per hæc quatuor, Ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua intelligatur? 22æ.q.44.5.o.
An preceptum hoc de dilectione Dei poſſit ſeruari in via? 22æ.q.44.6.o.
Diliges proximum tuum. ] An conuenienter detur præceptum de dilectione proximi? 22æ.q.44.7 o.
Quid proximus? ibid.c.prin.
Sicut teipſum. ] An aliquis ergo debeat proximum ęqualiter ſibi diligere? 22æ.q.44 7.c.

CONTRA GRASSANTEM DE FIde ſine operibus hereſim breuis admonitio.

Tum ex iſta pręceptorum tam diuinorum quàm eccleſiaſticorum, ad hominem in diuino cultu, & morum integritate continendum, præſcriptione, tum etiam ex eo loco vbi Chriſtus ſaluator noſter apud Matth. cap.7. dicit, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cęlorum.* Item cap.19 *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata,* palam eſt, vanum eſſe, & à Dei Chriſti Saluatoris noſtri doctrina alienum, dogma graſſantium nunc hæreticorum, qui aſſerunt bona opera, religioſamque ſanctorum præceptorum obſeruationem nullius eſſe momenti neque valoris, ad æternæ vitæ gloriam promerendam.

Qui aſſetunt bona opera. ] An bona opera ſint meritoria vitæ æternæ? 12æ.q.114 3.o.
An bona opera promereantur augmentum charitatis & gratię? 12æ.q.114.8.o.
An bona opera requirantur ad beatitudinem conſequendam? 12æ.q.5 a.7.o.

Item quoque manifeſte conuincunt Chriſti redemptoris noſtri verba, tum ad beatos, tum etiam ad damnatos, in extremo iudicio proferenda.

Ad beatos quidem hæc: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Exuriui enim, & dediſtis mihi manducare; Sitiui, & dediſtis mihi bibere; Hoſpes eram, & collegiſtis me; Nudus, & operuiſtis me; infirmus, et viſitaſtis me: & in carcere eram, & veniſtis ad me.* Matth. 25.

Et paulo poſt: *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

Ad damnatos autem proferenda iſta: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum; qui paratus eſt diabolo & angelis eius; Exuriui enim & nō dediſtis mihi manducare; ſitiui & non dediſtis mihi potum; hoſpes eram, & non collegiſtis me nudus, & non operuiſtis me; infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.*

Et paulo poſt: *Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.*

Idem dogma falſum arguunt iſta quoque B. Pauli verba, *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Ad Rom. 2.

Similiter iſta: *Deus reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Ad Romanos eodem cap.

Et apertiſſima illa quibus ait idem Apoſtolus: *Si habuero omnem fidem ita vt montes trāſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* 1. Cor. 13.

Denique iſtam ſententiam, *Fides ſine operibus mortua eſt*, Iacobi cap. 2. ea potiſſimum mente atque

que intentione Iacobus Apoſtolus ſcripſiſſe, atque poſteritati tradidiſſe videtur, vt omnibus Chriſtianis aduerſus iſtius falſi dogmatis virus, loco ſalutaris antidoti, atque remedij eſſet.

## DE IVSTITIA CHRISTIANA.

Iuſtitia Chriſtiana, de qua loquitur Chriſtus Saluator noſter apud Matth. cap. 5. dum ait, *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſeorum, non intrabitis in regnum cęlorum*. Nihil aliud eſt niſi animi mundities quædam, & ab omnis peccati, ſaltem lethalis macula, puritas coniuncta, vel actu, vel habitu, cum legis obſeruatione. Poſſet & ſic definiri: Iuſtitia Chriſtiana eſt talis animi affectio, ſeu habitus, vnde quæ ſancta, iuſta, Deoque grata in dictis, factis, atque cogitationibus ſunt, ad cultum diuinæ maieſtatis debitum perſoluendum proficiſcuntur.

Iuſtitia Chriſtiana, ſiue interior quid? 12æ. q. 113. 1. c.
Quomodo iuſtitia Chriſtianorum abundet plus quàm iuſtitia Scribarum, & Phariſæorum. 12æ. q. 91. 5. c.
De iuſtitia vt eſt virtus Cardinalis. 22æ. q. 58. o. & 12æ. q. 113. 1. c.

Iuſtitiæ Chriſtianæ duo ſunt officia.
- Declinatio à malo, ſeu obſeruatio eorum præceptorum, ſiue diuinorum, ſiue eccleſiaſticorum, quibus malum interdicitur.
- Operatio boni, ſeu eorum præceptorum, quibus id quod bonum, ſanctum, & diuinę maieſtati acceptum eſt facere iubemur, executio.

Iuſtitiæ Chriſtianæ duo ſunt officia, declinatio à malo.] An declinare à malo, & facere bonum ſint partes iuſtitiæ? 22æ. q. 79. 1. o.
An tranſgreſſio ſit ſpeciale peccatum? 22æ. q. 79. 2. o.
An omiſſio ſit ſpeciale vitium? 22æ. q. 79. 3. o.
An tranſgreſſionis peccatum ſit grauius peccato omiſſionis? 22æ. q. 79. 4. o.

## ADMONITIO.

Ex hac bipartita iuſtitiæ Chriſtianæ officiorum diuiſione ſatis intelligitur duplicem in vita præſenti hominibus propoſitam eſſe viam, vnam latam, atque vagam, per ampla videlicet & frequentia vitiorum compita, quæ ducit ad mortem æternam: & alteram arctam & definitam, (per virtutis nimirum anguſtum, & à paucis calcatum tramitem) quæ ducit ad æternæ vitæ ſempiterna gaudia: quarum hanc ſequendam, illam vero fugiendam grauiſſimè monet Chriſtus Saluator noſter apud Matthæum his verbis: *Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quàm anguſta porta & arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.* cap. 7.

Quòd autem via virtutis ſit anguſta, & vitiorum iter amplum, & ſpatioſum, nemini mirum videri debet: Quemadmodum enim in iaculando, ſigni propoſiti attingendi vnicus eſt trames, isq; peranguſtus, & inuentu admodum difficilis: aberrandi vero ab eo ſigno, innumerabiles ſunt viæ, atque rationes: per quarum aliquam vt facillimè, ita etiam frequentiſſimè à iaculatoribus telum mittitur. Similiter boni operis perficiendi, & alicuius virtutis laudem aſſequendi, vnica eſt, eaque arcta & certis limitibus definita ratio; vltra quam, citraue nequit conſiſtere rectum. At à virtutis actione tum per exuperantiam, tum per defectum, in quibus ſitum eſt vitium, deflectentes viæ, & prauę agendi rationes ſunt infinitæ, in quas & procliuiſſimè, & ſæpiſſimè in vitæ curſu moderando, labitur infirmitas humana.

Huc etiam accedit, quòd homo propter peccati originis nodum penitus extirpati reliquias, ad malum ſit quàm ad bonum pronior; vt teſtatur Deus ipſe apud Moyſen his verbis: *Senſus & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Gene. 8. cap.

Porrò ad hæc iuſtitiæ Chriſtianæ officia feliciter & ad ſalutem æternam conſequendam vtiliter exequenda, opus eſt in primis diuino auxilio & gratia, voluntatem hominis ad ea ſuſcipienda mouente, atque inducente, & ad conſtanter in ijs perſeuerandum confirmante, quę aſſiduis precibus à Deo omnium bonorum auctore, & largitore benigniſſimo eſt flagitanda. Opus eſt etiam præceptorum, tam diuinorum, quàm eccleſiaſticorum, necnon peccatorum, atque virtutum mediocri ſaltem cognitione.

Ad malum ſit quàm ad bonum pronior.] Cur homo procliuior eſt ad malum, quàm ad bonum? 12æ. q. 71. 2. 3m.
Opus eſt in primis diuino auxilio.] An homo poſſit velle & facere bonum abſque gratia? 12æ. q. 109. 2.
An poſſit homo ſine gratia per ſua naturalia præcepta legis implere? 12æ. q. 109. 4. o.
An homo poſſit ſine gratia non peccare? 12æ. q. 109. 8.
Et ad conſtanter in ijs perſeuerandum confirmante.] An homo in gratia conſtitutus, non indigeat auxilio gratiæ ad perſeuerandum. 12æ. q. 109. 10. o. & 22æ. quæſtio. 137. 4. o.

De præceptis ſupra, cum de charitate ageremus, à nobis dictum eſt; ſequitur itaq; nunc, vt de peccatis atq; virtutibus aliquid adijciamus: quod breuiter & ſummatim (vt præſentis libelli poſtulat ratio, ea dumtaxat quorum cognitionem ad Iuſtitiam Chriſtianam colendam, plurimum habere momenti arbitramur exponendo) faciemus.

## DE PECCATO.

Peccatum (auctore Ambroſio in libro de Paradiſo) nihil aliud eſt, niſi legis diuinæ præuaricatio, & cæleſtium inobedientia præceptorum.

Eſtque duplex,
- Communis originis, quod ex primorum parentum inobedientia ortum, naſcendo contrahimus.
- Propria actionis, quod propria quiſq; voluntate committit.

Huius generis peccatum à fallaci ſuggeſtione incipiens, delectatione creſcit, conſenſuq; perficitur, atque vt patet latiſſimè ita plurimæ ac diſtinctiſſimę ſunt eius diuiſiones, è quibus quatuor quæ ſequuntur Chriſtianæ religionis tironibus ſcitu maximè ſunt neceſſariæ.

Prima,

Prima.

Peccatum propriæ actionis committitur.
- Cogitatione,
- Verbo,
- Opere,
- Omiſſione.

II.

Peccatum propriæ actionis naſcitur ex
- Ignorantia,
- Infirmitate, &
- Malitia.

III.

Peccatum propriæ actionis eſt,
- Lethale, quod animę preſentē adfert mortē, de quo Ezech. 18. cuiuſmodi ſunt iſta,
  - Capitalia ſeptem,
    - 1. Superbia.
    - 2. Auaritia.
    - 3. Luxuria.
    - 4. Inuidia.
    - 5. Gula.
    - 6. Iracundia.
    - 7. Accidia.
  - In ſpiritū ſanctum ſex,
    - 1. Præſumptio de miſericordia Dei, vel de impunitate peccati.
    - 2. Deſperatio.
    - 3. Cognitę veritatis impugnatio.
    - 4. Fraternæ charitatis inuidentia.
    - 5. Obſtinatio.
    - 6. Obfirmatus pœnitentiæ contemptus.
  - Clamantia in cœlum quatuor,
    - 1. Homicidium voluntarium.
    - 2. Peccatum Sodomiticum.
    - 3. Oppreſſio pauperum, viduarū, aut pupillorum.
    - 4. Mercedis operariorum iniqua retentio.
- Veniale, cui venia facile tribuitur, & ſine quo in hac mortali vita, ne iuſti quidem quantumuis ſancti viuunt; verè cum alijs dicentes: Dimitte nobis debita noſtra. Matth.6. Nec tamen proterea iuſti eſſe deſinunt.

Peccatum, auctore Ambroſio.] Peccatum quid? 12æ. quęſt. 71.6.o.
Communis originis.] De peccato originali. 12æ. quęſt. 81. vſque ad q.84.
Propriæ actionis.] De peccato actuali. 12æ. q. 71. vſque ad q.90.
Prima.] An conuenienter diuidatur peccatum in peccatum cordis, oris, & operis ac omiſſionis? 12æ. quæſt. 72.6.& 7.
Secunda.] De peccato quod naſcitur ex ignorantia. 12æ. quæſt. 76.o.
De peccato quod naſcitur ex infirmitate. 12æ. q.77.o.
De peccato quod naſcitur ex malitia. 12æ. q.78 o.
Peccatum propriæ actionis eſt aut lethale, aut veniale.] De diuiſione peccati in peccatum mortale & veniale, & comparatione venialis peccati ad mortale. 12æ. q 72.5.o. & q.88 o.
De veniali peccato ſecundum ſe conſiderato. 12æ. q. 89.o.
Capitalia ſeptem.] quid capitale? 12æ q.85 3.c.
An ſint ſeptem vitia capitalia? 12æ. q.85 4 o.
Superbia.] De ſuperbia. 12æ. q.84 2.& 22æ. q.162.& quæſt. 163.1.& 2.

An ſuperbia ſit vitium capitale? 12æ. q.84.2.o.& q.62.8.o.
Auaritia.] De auaritia. 12æ. q.84.1.o.& 22æ. q.118.o.
An auaritia ſit vitium capitale? 22æ. q.84.1.6.& 22æ. quæſt. 118.7.o.
Luxuria.] De luxuria. 12æ. q.84.4.c.& 22æ. q.153.o.
De ſpeciebus luxuriæ. 22æ. q.154.
An luxuria ſit vitium capitale? 22æ. q.153.4.
Inuidia.] De inuidia 12æ. q.84.4.c.& 22æ. q.36.
An inuidia ſit vitium capitale? 22æ. q.364.o.
Gula.] De gula. 12æ. q.84.4.c.& 22æ. q.148.o.
An gula ſit vitium capitale? 22æ. q 148.5.o.
De ebrietate. 22æ. q.150.
Iracundia.] De iracundia. 12æ. q.84.4.c. & 22æ. q.158.o.
An ira debeat poni inter vitia capitalia? 22æ. q.158.6.
Accidia.] De accidia. 12æ q.84.4.c.& 22æ. q 35.
An accidia debeat poni vitium capitale? 22æ. q.35.4.o.
In ſpiritum ſanctum, ſex.] De peccato in ſpiritum ſanctum, & ſingulis eius ſpeciebus. 22æ. q.14.o.
Homicidium.] De homicidio. 22æ q.64.2. potiſſimum.
Peccatum ſodomiticum.] De peccato ſodomitico. 22æ. q.145.11.12.

IIII.

Peccatum propriæ actionis vocatur.
- Proprium, quod à nobiſipſi perpetratur.
- Alienum, quod ab alijs perpetratū, nobis iuſte imputatur: contingitq́; modis nouem.
  - 1. Conſilio.
  - 2. Iuſſu.
  - 3. Conſenſu.
  - 4. Irritatione.
  - 5. Laudatione, ſeu aſſentatione.
  - 6. Reticentia culpæ alienæ, quæ erat patefacienda.
  - 7. Conniuentia.
  - 8. Rei alienę participatione.
  - 9. Iniqua facti alieni defenſione.

Alienum.] De peccatis alienis. 22æ. q.62.7.c.

## ADMONITIO.

Ad pleniorem cognitionem; & cautiorem fugam iſtius generis peccatorum, (quæ, quòd propria cuiuſque voluntate committantur, propriæ actionis peccata vocauimus) duo ſunt præterea ſcienda.

Prius eſt, quodlibet huius generis peccatorum, vel grauius, vel leuius eſſe poſſe, pro circunſtantiarum, vel aggrauantium, vel extenuantium ratione; adeo vt quod diximus lethale ex ſuo genere, ſæpenumero propter extenuantem circunſtantiam veniale fieri poſſit.

Sunt autem circunſtantiæ quibus, vel aggrauatur, vel extenuatur peccati culpa, octo, hoc verſiculo comprehenſæ.

*Quis, quid, vbi, quoties, per quos, cur, quomodo, quando.*

Alterum eſt, vel omnia iſtius generis peccata, vel certè maximam eorum partem, per ſenſus exteriores, qui ſunt, viſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus,

tactus, veluti per feneſtras quaſdam ad animum cor rumpendum aditum habere.

Proinde iſti ſenſus, ſumma cura vigilantia omnibus, qui æternæ animi ſui ſaluti conſultum volunt, cuſtodiendi ſunt: & ab omni eo quod peccati occaſionem præbiturum creditur, ſedulo cohibendi.

Vel grauius.] Grauitas peccatorum vnde metienda. 12æ. q.73.ar.3.& ſequentibus.
An circunſtantia aggrauet peccatum? 12æ.q.73.7.o.
De circunſtantijs humani actus.12.q.7.o.
Alterum eſt.] An apprehēſio ſenſus ſit cauſa peccati? 12æ. q.75.2.c.1$^{m}$.& 3$^{m}$.& q.77.1.c.& a.5.o.

## DE VIRTVTE.

Virtus eſt ſancta & diuinis oculis grata diuinoque beneficio accepta affectio ſeu qualitas, vnde quæ cogitando, loquendo, & quiduis aliud agendo, recte, laudabiliter, ſanctæ & diuinæ voluntati conuenienter fiunt proficiſcuntur.

Virtus eſt ſancta.] De eſſentia virtutis. 12æ.q.55.o.
Virtus quid? 12æ.q.55.4.

Virtutis, quemadmodum ei contrarij peccati, variæ ſunt differentiæ atque ſpecies, quarum præcipuę & Chriſtianæ religionis tironi ſcitu maximè neceſſarię ſequenti diuiſione comprehenduntur.

Virtus eſt,
- Theologica videlicet,
  - Fides.
  - Spes.
  - Charitas.
- Cardinalis, videlicet.
  - Prudentia.
  - Iuſtitia.
  - Fortitudo.
  - Temperantia.
- Capitalibus vitijs contraria.
  - Humilitas.
  - Liberalitas.
  - Caſtitas.
  - Charitas.
  - Temperantia.
  - Manſuetudo.
  - Pia ſedulitas.
- Conſilij Euangelici, ſeu ad Chriſtianę vitæ perfectionē ſpectans, videlicet.
  - Paupertas voluntaria.
  - Caſtitas perpetua.
  - Religioſa obedientia, qua propter Deum voto interpoſito homini defertur.
- Iuuentutem maximè decens.
  - Verecundia.
  - Taciturnitas.
  - Obedientia erga illos à iuuenibus ſeruanda, quibus ſui cura eſt commiſſa.

Theologica.] De virtutibus Theologicis. 12æ.q.62.o. & q. 64.4.o.
Cardinalis.] De virtutibus Cardinalibus. 12æ.q.61.o.
Prudentia.] De prudentia. 22æ.q 47.& ſeq. vſque ad 57$^{m}$.
Iuſtitia.] De Iuſtitia & pertinentibus ad eam 22æ.q.57.& ſeq. vſque ad q.123.
Fortitudo.] De fortitudine. 22æ.q 123.& ſeq. vſq; ad q.141.
Temperantia.] De temperantia 22æ.141.cum quibuſdam alijs, quæ ei annexa ſunt. 22æ.q.141. vſque ad q.171.
Humilitas.] De humilitate. 22æ.q.161.o.
Liberalitas.] De liberalitate. 22æ.q.117.
Caſtitas.] De caſtitate. 22æ.q.151.
De virginitate. 22æ.q.152.
Charitas.] De charitate. 22æ.q.23. & ſeq. vſque ad q.47.
Temperantia.] De abſtinentia. 22æ.q.146.o.
De ſobrietate. 22æ.q 149.
Manſuetudo.] De clemētia & māſuetudine. 12æ.q.157.o.
Pia ſedulitas.] De gaudio quod eſt de bono diuino. 22æ. q.28.o.
Conſilij Euangelici.] De conſilijs Euangelicis & eorum numero. 12æ.q.108.4 o.& 22æ.q.186 2.ar.& ſeq.art.
Verecundia.] De verecundia 22æ.q.144 o.
Obedientia.] De obedientia. 22æ.q.104 o.

### Huc quoque pertinent iſta.

Tria bonorum operū genera.
- *Precatio.* De precatione. 22æ.q.83.o.
- *Ieiunium.* De ieiunio: 22æ.q.147.o.
- *Eleemoſyna, quæ eſt bipartita,*
  - *Corporalis, &*
  - *Spiritalis.*

Eleemoſyna.] De eleemoſyna. 22æ.q.32.o.
An eleemoſyna quædam ſit corporalis, & quædam ſpiritalis? 22æ.q32.2.

Eleemoſyna corporalis eſt ſeptuplex, Matth.25.& Tob.12.
1. Eſurientes paſcere.
2. Sitientibus potum dare.
3. Nudos operire.
4. Captiuos redimere.
5. Aegrotos viſitare.
6. Peregrinos hoſpitio excipere.
7. Mortuos ſepelire.

Eleemoſyna corporalis.] Eleemoſyna corporalis quotuplex eſt, & quæ eius ſunt ſpecies. 22æ.q.32.2.o.

Eleemoſyna ſpiritalis, eſt quoq; ſeptuplex,
1. Peccantes corrigere.
2. Ignorantes docere.
3. Dubitantibus rectè conſulere.
4. Pro ſalute proximi orare.
5. Conſolari mœſtos.
6. Improborum iniurias ferre patienter.
7. Aliorum offenſam remittere.

Eleemoſyna ſpiritalis.] Quotuplex eſt eleemoſyna ſpiritalis, & quæ eius ſpecies? 22æ.q.32.2.o.

Eodem ſpectant beatitudinum, ſeu potius beatorum octo genera, quæ apud Matth. cap.5. his verbis recenſentur.

1. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum.
2. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.
3. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
4. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.
5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
6. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.
7. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
8. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Eodem ſpectant.] De beatitudinibus. 12æ.q.69.o.
Quid per beatitudines intelligatur. 12æ.q 69.1.c.
Quomodo præmia beatitudinum compleantur in hac vita. 12æ.q.69.2.3$^{m}$.
Beatorum octo genera.] Cum B. Lucas ſolum quatuor beatitudines enumeret, quomodo igitur octo aſſignantur? 12æ.q.69.3.6$^{m}$.
Cum in ſacra ſcriptura plures beatitudines enumerentur, quàm hę octo, cur ſolum octo recenſentur? 12æ. quæſt. 69.3.4$^{m}$.
Beati pauperes ſpiritu.] Quid hic ſignificet? 12æ.q.69 3.c.
Ipſorum eſt regnum.] An regnum cęlorum tanquam pręmium conuenienter promittatur pauperibus ſpiritu? 12æ.q.69.4.c.
Beati mites.] Qui dicantur mites? 12æ.q.69.3.c.
Quoniam ipſi poſſidebunt terram.] Cur Dominus mitibus repromiſit poſſeſſionem terræ? 12æ.q 69 4.c.
Cum omnia bona in regno cęlorum contineãtur, cur adduntur alia præmia? 12æ.q.69.4.1$^{m}$.
An ſicuti in beatitudinibus proceditur aſcēdendo, ita etiã in præmijs procedatur aſcendendo? 12æ.q.69.4 3$^{m}$.
Beati qui lugēt.] Quinam hic ſignificentur? 12æ.q 69.3.c.

Quoniam

Quoniam ipſi conſolabuntur.] Cur lugentibus Chriſtus promittit conſolationem? 12$^{æ}$.q 69.4.c.
Qui eſuriunt.] Quænam beatitudo, ſiue opus virtutis hic exprimatur? 12$^{æ}$.q.69.3.c.
Quoniam ipſi ſaturabuntur.] Cur eſurientibus tanquam premium aſſignatur ſaturatio? 12$^{æ}$.q.69.4 c.
Beati miſericordes.] Quinā hic deſignētur? 12$^{æ}$.q.69 3 c.
Quoniam miſericordiam conſequentur.] Cur Dominus miſericordibus promittit miſericordiam? 12$^{æ}$.q.69.4.c.
Mundo corde.] Cur ſexta beatitudo ponitur, Beati mundo corde? 12$^{æ}$.q 69.3.c.
Quoniam ipſi Deum videbunt.] Cur mundis corde promittitur viſio Dei? 12$^{æ}$.q.69.4.c.
Beati pacifici.] Cur 7$^{a}$ beatitudo ponitur, Beati pacifici? 12$^{æ}$.q.69.3.c.
Quoniam filij Dei.] Cur pacificis promittitur gloria filiationis Dei? 12$^{æ}$.q.69.4.c.
Beati qui perſecutionem.] Cui requiſito ad terrenam beatitudinem hæc beatitudo opponitur? 12$^{æ}$.q.69.3.6$^{m}$.
Ad quam virtutem pertinet pati perſecutionem. Ibid.
Quoniam ipſorum eſt regnum celorū.] Cur regnum celorum ponitur pro præmio in octaua beatitudine, cum poſitum ſit tanquam præmium & merces primæ beatitudinis? 12$^{æ}$.q.69.4.2$^{m}$.

Eodem quoque ſpectat.

Duplex meditatio, videlicet,
- Propriæ conditionis, cuius quinque ſunt partes.
  1. Cur creatus ſum?
  2. Quid ſum?
  3. Vbi ſum?
  4. Vnde venio?
  5. Quo vado?
- Quatuor nouiſſimorū, quæ ſunt, Eccl.7.
  1. Mors.
  2. Iudiciū extremū.
  3. Inferi.
  4. Gloria cęleſtis, ſeu beatitudo æterna.

Cur creatus ſum.] De vltimo fine hominis. 1$^{a}$.q.93.o.12$^{æ}$. q.1.& ſeq.
Quid ſum.] De ſtatu primi hominis.1$^{a}$.q.94. & ſeq. vſque ad 103$^{a.}$.
De corruptione boni naturæ. 12$^{æ}$.q.85.o.
An peccatum originis tranſeat per orginem in omnes? 12$^{æ}$.q.81.3.o.
De miſerijs & pœnis quibus homo ſubijcitur propter primum peccatum.22$^{æ}$.q.164 1.& 2.
Vbi ſum.] De expulſione hominis à paradiſo. 22$^{æ}$. q.164. 2.4$^{m}$.& 5$^{m}$.& 1$^{a}$.q.102.2.3$^{m}$.
Vnde venio.] De productione hominis.1$^{a}$.q.91.o.& 92.
An corpus primi hominis ſit formatum de limo terræ? 1$^{a}$.q.91.1.o.
Quo vado.] De quatuor nouiſſimis, quæ ſunt mors, de qua 12$^{æ}$.q.81.3.1$^{m}$.& q.85.5.& 6.
Iudicium extremum, de quo 3$^{a}$.q. 59. 4. & 5. Sup. q.88. & ſeq. vſque ad 91.
Inferi, de quibus 1$^{a}$.q.54.4.3$^{a}$.q.52.Sup.q.69.
De pęna damnatorum.Sup.q.97.& ſeq.vſq; ad fi.& gloria cæleſtis ſeu beatitudo æterna, de qua.1$^{a}$.q.23.12$^{æ}$.q.2. q.3.q.4.& q.5. Sup.q.93.
De dotibus beatorum.Sup.q.95.o.

## DE SACRAMENTIS.

Sacramentum eſt diuinæ & latentis gratiæ externum atque ſenſui expōſitum ſignum, ad hominis æternam ſalutem promouendam, diuinitus ordinatum.

Cuiuſmodi in Euangelica lege à Chriſto Saluatore noſtro ſeptem ſunt inſtituta nimirum.
- Baptiſmus.
- Confirmatio.
- Euchariſtia.
- Pœnitentia.
- Extrema vnctio.
- Ordo.
- Matrimonium.

De ſacramentis.] De ſacramentis. 3$^{a}$.p.q. 60. & q. ſeq. vſq; ad fin.& Sup.q 1.& ſeq.vſque ad q.69.
Sacramentum eſt diuinæ.] Sacramentum quid? 3$^{a}$.q.60.o.
Eſt rei diuinæ.] Cuius rei ſacræ ſit ſacramentum ſignum. 3$^{a}$.q.60.2 o.& 3 o.
Externum.] An ſacramentum ſit ſemper aliqua res ſenſibilis? 3$^{a}$.q.60.4.
Ad hominis æternam ſalutem.] De neceſſitate & effectu ſacramentorum 3$^{a}$.q 61 o & 62.o.
Septem ſunt.] De numero ſacramentorum. 3$^{a}$.q.65.o.

Baptiſmus eſt nouę legis primum ſacramentum in ablutione corporis exteriore & legitima verborum pronunciatione, ſecundum Chriſti inſtitutionem conſiſtens: quod tam paruulis, quàm adultis ad ſalutem eſt neceſſarium. Hoc ſacramento plena peccatorum accepta remiſſione, ſpiritaliter regeneramur in nouam creaturam, & qui antea eramus filij iræ, tunc filij Dei, hæredeſque, Chriſti autem noſtri redemptoris cohæredes efficimur.

Baptiſmus eſt.] De baptiſmo. 3$^{a}$.q.66. & ſeq. vſq; ad q.72.
Eſt nouę legis primum.] An baptiſmus ſit à Chriſto inſtitutus, & quando? 3.q.66.2.o.
In ablutione corporis.] An baptiſmus ſit ipſa ablutio? 3$^{a}$.q.66 1 o.
De materia baptiſmi. 3$^{a}$.q.66.3,& 4.
Et legitima verborum pronunciatione.] An in ſacramentis requirantur verba? 3$^{a}$.q.60.6.7 & 8.
De forma baptiſmi. 3$^{a}$.q.66.5.o.
Tam paruulis quàm adultis. De ſuſcipientibus baptiſmum. 3$^{a}$.q.68.o.
An ſine baptiſmo nullus poſſit ſaluari? 3$^{a}$.q.68.2.o.
An pueri ſint baptizandi? 3$^{a}$.q.68.9.o.
An pueri in maternis vteris exiſtentes poſſint baptizari? 3$^{a}$.q.68.11 o.
Hoc plena peccatorum accepta remiſſione.] De effectibus baptiſmi? 3$^{a}$ q.69.o.
An homo per baptiſmum liberetur ab omni peccato, & ab omni reatu peccati? 3$^{a}$.q.69.1.& 2.
Spiritaliter regeneramur. Cur baptiſmus dicatur regeneratio? 3$^{a}$.q 66.9.c.
In nouam creaturam.] An per baptiſmum conferantur gratia & virtutes? 3$^{a}$.q.69,4.5.& 6.
Heredeſq; Chriſti.] An effectus baptiſmi ſit apertio ianuę regni cœleſtis? 3$^{a}$.q.69.7.o.

Confirmatio, Sacramentum eſt quod baptizatis ab epiſcopo confertur in fronte, per ſacrū Chriſma, adhibita certa verborum forma. Hæc fidem corroborat, & homini Chriſtiano ad nomen Domini, quandocunque opus eſt, intrepide profitendum animum addit.

Confirmatio.] De confirmatione. 3$^{a}$.q.72.o.
Sacramentum eſt.] An Confirmatio ſit ſacramentum? 3$^{a}$. q.72.1.o.
Quod baptizatis.] An character confirmationis preſupponat ex neceſſitate characterem baptiſmalem? 3$^{a}$.q.72.6.
Ab epiſcopo cōfertur.] An ſolus Epiſcopus hoc ſacramentum poſſit conferre? 3$^{a}$.q.72.11.o.
In fronte.] An hoc ſacramentum ſit conferendum homini in fronte? 3$^{a}$.q.72.9.o.
Per ſacrum Chriſma.] An Chriſma ſit conueniens materia huius ſacramenti? 3$^{a}$.q.72.2.o.
Adhibita certa verborum forma.] An hæc ſit conueniens ſacramenti confirmationis forma. Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen? 3$^{a}$.q 72 4.o.
Hęc fidem corroborat. De effectu confirmationis. 3$^{a}$.q.72. 1. & 7.o.

Euchariſtia, eſt Sacramentum, in quo poſtquam ſacerdos, ſecundum Eccleſiæ ritum ordinatus, panē & vinum verbis à Chriſto traditis conſecrauit, vere & ſecundum ſubſtantiam ſuam totus Chriſtus ſub vtrauis ſpecie continetur, pane in corpus eius, & vino in ſanguinem, diuina virtute tranſmutatis. Per Euchariſtiam hominis Chriſtiani animus ſalutari veri corporis, & ſanguinis Dominici reficitur alimento, Deoque gratum offertur ſacrificium.

Euchariſtia eſt.] De Euchariſtia. 3$^{a}$.q.ō.73. & ſeq. vſque ad q. 84.
Eſt ſacramentum.] An Euchariſtia ſit ſacramentum? 3$^{a}$. q.73.1.o.

Poſtquã ſacerdos.]De miniſtro huiꝰ ſacramẽti. 3ª.q.82.o.
An cõſecratio huius ſacri ſit ꝓpria ſacerdoti? 3ª.q.82.1.o.
Panem & vinum.]De materia huius ſacramẽti.3ª.q.74.o.
An materia huius ſacramẽti ſit panis & vinũ?3ª.q.74 1.o.
Verbis à Chriſto traditis conſecrauit.]De forma huius ſacramenti,3ª.q.78.o.
An hęc ſit forma huius ſacramenti,Hoc eſt corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei? 3ª.q.78.1,& 3.
An prædictis verbis formarum ſit aliqua vis creata effectiua conſecrationis?3ª.q.78.4.o.
Vere & ſecundum ſubſtantiam ſuam totus Chriſtus.] An corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſecundum rei veritatem,an vero ſolum ſecundum figuram?3ª.q.75.1 o.
An totus Chriſtus contineat̃ ſub hoc ſac̃ro ? 3ª.q.76.1.o.
Sub vtrauis ſpecie continetur.] An totus Chriſtus contineatur ſub vtraq; ſpecie huius ſacramenti? 3ª.q.76.2.o.
Pane in corpus eius.]An in hoc ſacramẽto non remaneat ſubſtãtia panis & vini poſt cõſecrationem?3ª.q.75.2.o.
Per Euchariſtiam hominis Chriſtiani.] De effectibus huius ſacramenti. 3ª.q.79.o.
Deoq́ue gratum offertur ſacrificium. ] An in celebratione huius ſacramenti Chriſtus immoletur? 3ª. q.83.1.o.

## ADMONITIO SEV ANTIDOTVM,
contra graſſantem nunc Sacramentariorum peſtem.

Chriſtus Saluator noſter, vſitatam & communi hominum iudicio approbatam ſponſorum(qui longum iter ingreſſuri, in memoriã ſui, pretioſum aliquod *μνημόσυνον* ſponſis ſuis relinquere ſolent,ſeipſos totos ſi poſſent, libentius relicturi) conſuetudinem retinens atq; obſeruãs, quum Eccleſiæ militanti ſponſæ ſuæ(quam ſumma, & vt beatus Paulus ad Epheſ.2.loquitur,nimia charitate diligebat)familiarem ſui corporis præſentiã,conſuetumq́; aſpectum ſubtracturus eſſet,quod habebat omnium pretioſiſſimum ei relinquere ac donare, ad perpetuam ſui memoriam volẽs,quum ſeipſo nihil haberet pretioſius,ſeipſum reuera ſecundum ſubſtãtiam ſuam, totum & integrũ in anima, carne,ſanguine,atq; diuinitate ei relinquit. Vt teſtatur ipſe,dũ ait: *Hoc eſt corpus meum.* Matt.26. Marc.14. Luc.22.1.Cor.11 *Hic eſt ſanguis meus.* Matt.26. Marc.14. *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc.22.1.Cor.11.

Item Paulus,vbi dicit: *Qui manducat & bibit indignè; iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Et eodem loco : *Reus erit corporis & ſanguinis Domini.*

Pęnitentia, Sacramentum eſt in quo per ſacerdotis abſolutionem peccata poſt baptiſmum commiſſa Chriſtiano illa deteſtanti riteq́; confitenti remittuntur.

Cuius tres ſunt partes. { *Contritio, Confeſſio, Satisfactio.* } quæ fit { *Corde. Ore. Opere.*

Pœnitentia.]De pœnitentia,3ª.q.84.vſq; ad finem.& Sup.q.1ª.vſque ad 29.
Sacramentum eſt.]An pœnitentia ſit ſac̃m? 3ª. q.84.1.o.
Per ſacerdotis abſolutionem. ] An hæc ſit forma huius ſacramenti , Ego te abſoluo? 3ª.q.84.3 o.
Pecccata poſt baptiſmum commiſſa.] An pęnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium?3ª.q.84.6.
Quæ deteſtatꝰ.]De cõtritione,Sup.q.1ª.& ſeq.vſq ad q.6.
Riteq; cõfeſſus fuerit.]De cõfeſſione,Sup.q 6.vſq; ad q.12
De qualitate confeſſionis,Sup.q.9.o.
Remittuntur.] De effectu pœnitentiæ,30.q.86.o.
Cuius tres ſunt partes.] De partibus pœnitentiæ, 3ª.q.90.2.& 3.potiſſimum.
Contritio fit corde,&c.] 3.q.90.2.arg.1.

Extrema vnctio, eſt Sacramentum, quo per oleum ſacrum & certas preces recreantur ægrotantes; animi maculis,ſi quæ in ijs reliqua ſunt, ſublatis, & interdum etiam corporis ſanitate reſtituta.

Extrema vnctio.]De ſacramento extremę vnctionis,Sup.q.29.& ſeq.vſque ad q.34.
Eſt ſacramentum. ] An extrema vnctio ſit ſacramentum ? Sup.q.20.1.o.
Per oleum ſacrum.] An oleum oliuæ ſit conueniens materia huius ſacramenti?Sup.q.29.4.o.
An oporteat oleum eſſe conſecratum?Sup.q.29.5.o.
Et certas preces.De forma huius ſacramẽti,Sup.q 29.7.8 9.
Recreant̃ ęgrotãtes.] De effectibꝰ huius ſac̃ri,Sup.q.30 o.

Ordo , eſt Sacramentum , quo ad Dei cultum, miniſtri eccleſiæ conſecrantur.Per hoc enim Sacramentum . velut oſtium , neceſſarium eſt intrare legitimos diſpenſatores myſteriorum & eloquiorum Dei , nimirum , Epiſcopos, Presbyteros,Diaconos,& quotquot in ſacris muneribus rite & ſecundum ordinationem diuinam verſari volunt.

Ordo.] De ſacramento Ordinis,ſup.q.34 vſque ad 41.
Eſt ſacramẽtum.]An Ordo,ſacramentum?Sup.q.34.3.o.
Quo ad Dei cultum . ] Cur in Eccleſia eſt Ordo , & Ordo quid ?Sup.q.34.1.& 2.

Matrimonium,eſt Sacramentum,indiuidua vitę cõſuetudine marem & fęminam legitime inter ſe deuinciens, iiſdemq́ue gratię donum elargiens, quo frenato concupiſcentiæ impetu , genus humanum laudabiliter & ſanctę conſeruatur atque propagatur.

Matrimonium.]De Matrimonio,Sup.q.41.vſque ad 69.
De cauſa appellationis matrimonij.Sup.q.44 2.o.
Eſt ſac̃m.] An matrimonium ſit ſac̃m?Sup.q.42.1.o.
Indiuiduæ vitæ.] Matrimonium quid? Sup.44.o.& ar.3. potiſſimum.
Ijſdemque gratiæ donum.]An matrimoniũ conferat gratiam?Sup.q.42.3.o.
Genus humanum laudabiliter.] De bonis matrimonij. Sup.q.49.o.

In quibus omnibus Sac̃ris debet miniſter intẽtionẽ habere id agendi quod Chriſtus inſtituit, & Eccleſia facit.

Hactenus de Sacramẽtis vti ratio , & breuitas Catechiſmi poſtulare videbatur. Si quis plura de hoc argumento breuiter comprehenſa videre velit, conſulat noſtra DE SACRAMENTIS ECCLESIAE AXIOMATA, quæ iiſdem his Chriſtophori Plantini typis, iam ſecundo excuſa prodierunt in lucem; vbi quo ſuũ explere poſſit deſideriũ (niſi noſtra nos fallat opinio) abundè eſt inuenturus.

## EPILOGVS AD CHRISTIANÆ
pietatis ſtudioſos adoleſcentes.

DOCTRINAE Chriſtianæ, pij adoleſcentes, quinque ſummis capitibus, quæ initio huius libelli nobis tractanda propoſueramus(videlicet,*De Fide, Spe, Charitate Iuſtitia Chriſtiana,*atque *Sacramentis*) vt potuimus,clariſſimè, breuiſſimè,& ad veſtram ætatem memoriamq́ue accommodatiſſimè iam declaratis;ſupereſt nunc, vt quum a nobis veſtri animi & corporis æternæ ſalutis adipiſcẽdæ maximum ſuppeditatum ſit adiumentum,nequaquam vobis ipſi deſitis,ſed poſtpoſitis omnibus alijs ſtudijs & occupationibus,toto pectore, omniq; vigilantia in eam incumbatis curam,vt quę hoc libello cõtinentur, primum intelligatis,intellectaque fideli mandetis memoriæ:deinde,vt eadem,mente iam atque memoria comprehenſa,per diuinum auxilium (quod ſincerè & feruẽter petentibus nõ negabitur)vita atq; moribus exprimatis. Ita fiet vt & ego meis laboribus propoſitum finem aſſequar, & vos æternę vitæ felicitatem,qua nihil delectabilius,nihil præſtabilius vel dici vel cogitari poteſt,conſequamini. Valete.

FINIS.

## APPROBATIO.

Hic Catechiſmus nihil falſi continens, ſed credenda ac facienda ob oculos ponens, vtiliter typis excudi, & in publicam lucem prodire poteſt. Quod ego atteſtor. 1566.

*Frater Ioannes Hentenius.*

Idem nos teſtamur approbando caſtigationes interea ab Auctore factas, an. 1570. poſtridie Calendas Ianuarias.

*Cornelius Reyneri Goudanus, S T. Profeſſor,*
*Robertus Malcotius S.Theol.Profeſſor,*
*B.Arias Montanus, S.Theol.Doctor.*

# CATALOGVS PHILOSOPHORVM, Oratorum, atque Poetarum, Pontificum, Conciliorum, Doctorum, quorum auctoritatibus, decretis, definitionibus, teſtimonijs, ſparſim S. Doctor Thomas vtitur, nititurve, in præclaro opere Summæ ſuæ Theologicæ.

*Philoſophi ſeu Oratores & Poetæ.*

Ariſtoteles.
Algazel.
Alexander.
Andronicus.
Ariſtophanes.
Auerrois.
Auicenna.
Auenpace.
Auicebron.
Boetius.
Caius iuriſconſultus.
Democritus.
Empedocles.
Epicurus.
Euclides Geometer.
Gilbertus Porretanus.
Heraclitus.
Horatius Poeta Lyricus.
Iura ciuilia.
Iulius Cæſar de bello Gallico hiſtoricus.
Leucippus.
Liber de cauſis.
Liber ſtratagematum Francorum.
Macrobius ſuper ſomnium Scipionis.
Marcus Tullius Cicero, Orator.
Ouidius Naſo.
Plato.
Peripatetici.
Plotinus.
Pittacus Mytilenæus.
Porphyrius.
Pithagoras.
Ptolomæus Aſtronomus.
Seneca Orator.
Salluſtius hiſtoriographus.
Simplicius.
Socrates.
Sophiſtæ.
Stoici.
Strabus.
Terentius Poeta Comicus.
Titus Liuius hiſtoricus.
Trimegiſtus.
Varro.
Valerius Maximus Orator.
Vegetius de re militari.

*Pontifices.*

Adrianus Papa.
Alexander primus martyr.
Alexander tertius.
Anacletus martyr.
Agatho Papa.
Bonifacius Papa.
Calixtus martyr.
Celeſtinus tertius.
Clemens martyr.
Damaſus Papa.
Euſebius Papa.
Fabianus martyr.
Felix Papa.
Gregorius primus.
Gregorius ſeptimus.
Gelaſius martyr.
Honorius tertius.
Hormiſda Papa.
Iohannes Papa.
Innocentius ſecundus.
Innocentius tertius.
Iulius Papa.
Leo primus.
Leo quartus.
Lucius tertius.
Martinus Papa.
Marcellus martyr.
Nicolaus Papa.
Paſchalis Papa.
Pelagius Papa.
Pius Papa.
Sergius Papa.
Sother martyr.
Stephanus martyr.
Stephanus quintus.
Syluester Papa.
Symmachus papa.
Teleſphorus martyr.
Vrbanus martyr.
Vrbanus ſecundus.
Zepherinus martyr.

*Concilia.*

Conſtantinopolitana.
Nicena.
Toletana.
Arauſicanum.
Epheſinum.
Meldenſe.
Aurelianenſe.
Chalcedonenſe.
Lateranenſe.
Charthaginenſe quartum.
VVormacienſe.
Agathenſe.
Tributienſe.
Africanum.
Remenſe.
Arelatenſe.
Mileuitanum.
Ancyritanum.
Moguntinum.

*Doctores.*

Ambroſius.
Anſelmus.
Auguſtinus.
Athanaſius.
Antonius in ſermone ad monachos.
Baſilius Magnus.
Bernardus.
Beda Venerabilis.
Benedictus in regula ſua.
Canones Apoſtolorum.
Caſſianus de inſtitutis cœnobiorum.
Cyrillus.
Chryſoſtomus.
Cyprianus.
Collationes patrum.
Damaſcenus.
Decreta.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Alexandrinus.
Didymus.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Cæſarienſis.
Gloſſa ordinaria.
Gloſſa interlinearis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Magnus.
Gratianus.
Hebraica veritas.
Heſychius ſuper Leuiticum.
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo de S. Victore.
Ignatius.
Iſidorus.
Itinerarium Clementis.
Maximus commentator Dionyſij.
Liber de infantia Saluatoris, ſed apocryphus.
Leo primus.
Liber ſententiarum Proſperi.
Maximus Epiſcopus.
Magiſter Sententiarum, ſeu Petrus Lombardus.
Origenes.
Proſper de vita contemplatiua.
Præpoſitinus.
Rabbi Moſes Iudæus.
Rabanus.
Remigius.
Richardus de S. Victore.
Seuerianus.
Vitæ ſanctorum patrum.

# QVAESTIONES DVÆ S. THOMÆ DE AQVINO

nuper repertæ, ac in lucem editę.

VNA DE PRINCIPIO INDIVIDVATIONIS, ALTERA VERO DE MOTORIBVS cœleſtium corporum.

*QVAE REPERTAE FVERVNT FLORENTIAE in Bibliotheca D. Marci.*

# IOANNIS FRANCISCI BONAMICI PROTONOTARII APOSTOLICI,

## Et Reuerendiſsimi D.D. Cardinalis Archiepiſcopi Florentini, in Temporalibus, & Spiritualibus Generalis Vicarij litteræ teſtimoniales duarum ſequentium Quæſtionum,

*Quæ repertæ fuerunt Florentiæ in Bibliotheca D. Marci.*

IOANNES FRANCISCVS Bonamicus Protonotarius Apoſtolicus I. V. D. Metropolitanæ Eccleſiæ Florentiæ, Canonicus, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D. Alexandri Medici, miſeratione diuina tituli Sancti Cyriaci in thermis S. R. Eccl. Presbyteri Cardinalis, & Archiepiſcopi Florentiæ, in Spiritualibus, & Temporalibus, Vicarius, & Officialis, & Locumtenens generalis, vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, lecturis, & audituris ſalutem in Domino, fidem facimus, & atteſtamur, qualiter hodierna die coram nobis perſonaliter comparuit R. P. Magiſter Thomas Boninſegnius de Senis Ord. Prædicatorum publicus Lector Theologiæ in Florentiæ ſtudio, & ad finem, & effectum conſequendi litteras Teſtimoniales ſuper inclitis produxit Codicem manu ſcriptum in carta pecudinea, qui habetur in Biblioteca Conuentus diui Marci de Florentia, quem ſcribi fecit Magnificus Vir Coſmus Ioannis de Medicis pro dicta Biblioteca. In quo Codice ſunt quæſtiones diſputatæ de Potentia Dei D. Thomæ Aquinatis, quæ impreſſæ communiter inueniuntur, & in fine dicti Codicis reperiuntur ad 287. 288. 289. & 290. Duæ quæſtiones ſub titulo eiuſdem Doctoris diui Thomæ ſcriptæ eodem caractere, & eiſdem litteris: quarum altera intitulatur, De principio indiuiduationis, & incipit, vtrum principium indiuiduationis ſit materia in corporalibus, & ſequitur. Quæſtio eſt vtrum principium indiuiduationis ſit materia in corporalibus, &c. Et terminatur in his verbis, ſed per diſtinctionem formarum, vt dictum eſt, & ideo ratio non præcedit, &c. Altera eſt de motoribus corporum cœleſtium, quæ ſic incipit, Quæſtio eſt de motoribus corporum cœleſtium, & videtur, quòd moueantur immediatè à Deo, & terminatur in his verbis, ad quam conſumandam ordinatur finaliter Angelica miniſtratio, ad quam Deus nos perducat. Amen. Et tituli, ſiue Summaria dictarum duarum quæſtionum reperiuntur, regiſtrata in prima facie dicti Codicis in Repertorio cum alijs titulis, ſiue ſummarijs quæſtionum diſputatarum de potentia, quæ in illo Codice conſcriptæ ſunt. Quibus auditis, & diligenter conſiderato dicto Codice manu ſcripto, Iudicantes requiſitionem huiuſmodi fore, & eſſe iuſtam, & iuri conſonam petitas litteras Teſtimoniales ad perpetuam rei memoriam, ſuper veritate præmiſſorum concedendas fuiſſe, & eſſe Decreuimus, prout tenore præſentium concedimus. In quorum fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum has manu noſtra ſubſcriptas fieri, & per inclitum Notarium, & Curiæ noſtræ ſcribam actuarium ſubſcribi, ſigilliq; Archiepiſcopalis Curiæ Florentinæ (quo in talibus vtimur) iuſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum & Actum Florentiæ in noſtro Archiepiſcopali Palatio. Anno Dominicæ Incarnationis, Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo Septimo. Indictione Decimaquinta. Die verò quinta Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno tertio, & Sereniſſimo Franciſco Med. Etruriæ magno Duce dominante præſentibus ibidem egregijs Viris, Ser Simone de Moroſinis, & Ser Sebaſtiano de Cennis, Notarijs ſubſtitutis dicti Palatij, Teſtibus ad præmiſſa vocatis habitis & rogatis.

*Ita eſt. Ioan. Franciſcus Bonamicus Vicarius Generalis Florentiæ.*

*Ego Paulus quondam Franciſci de Paulinis, & notarius publicus Florentinus, & Archiepiſcopalis Curiæ Florentinæ ſcriba actuarius de mandato ſubſcripſi.*

# APPENDIX
# REVERENDI P. F. THOMÆ
## DE BONINSEGNIS SENENSIS
## Ordinis Prędicatorum eximij Sacrę Theologię Doctoris.

HARVM *duarum quæſtionum, de principio indiuiduationis, & de motoribus corporum cæleſtium nunc primum impreſſarum D. Thomam Aquinatem auctorem fuiſſe easque illius partum legittimum extitiſſe nemini certè dubium eſſe debet, Tum quòd ea, quæ in ipſis habentur doctrinæ, ac dogmatibus illius Summæ conſonant, Tum quod ſtilus, phraſis, modus dicendi, ordo tractandi, metodus conſueta illius ſapientiam, ſi cum alijs operibus ſuis conferantur perlucide referunt, & repræſentant. In huius etiam fidem accedit, quòd ex vetuſtis exemplaribus, quæ in pulcherrima Biblioteca D. Marci de Florentia aſſeruantur Magnificis ſumptibus Clariſsimi Viri Coſmi de Medici manu conſcriptis ſub nomine, & titulo Diui Thomæ, vna cum alijs diſputatis quæſtionibus, quæ iam typis excuſſe ſunt continentur, deſumptæ fuerunt. Nunc autem primum in lucem eduntur opera, & ſtudio Reuerendi Patri Fratri Thomæ Boninſegnij Senenſis, Sacræ Theologiæ, in Florentino gymnaſio publicæ profeſſoris, ab ipſo ſcholijs, lucubrationibus, atque adnotamentis illuſtratæ. Legant ergo, vtantur, & fruantur etiam, veræ ſapientiæ ſtudioſi, Ingentem ſi quidem doctrinæ ſuppellectilem, ne Theſaurum immenſum comperient.*

QVÆSTIO

# QVÆSTIO PROFVNDISSIMA AC SVBTILISSIMA

## De principio indiuiduationis D. Thomæ Aquinatis, nunc primum in lucem edita.

QVAESTIO eſt, Vtrum principium indiuiduationis ſit materia in corporalibus, & videtur quòd non. Nam ſicut dicit Ricardus: In ſubſtantijs ſpiritualibus, & corporalibus eſt indiuiduatio per qualitates, ſed qualitas eſt accidens, ergo &c. Lib.4. de Trini.c.14.

Præterea id quod eſt vnicum, & indiuiſum non poteſt eſſe principium indiuiduationis, ſed materia eſt huiuſmodi, ergo &c.

Tex.co.76. Præterea Philoſophus dicit ſecundo phyſicorum, quòd diuerſitas ſecundum materiam eſt propter diuerſitatem, quæ eſt ſecundum formam, ergo forma eſt principium indiuiduationis.

Super Porphi.c.de gener. Præterea ſecundum Boetium, diuerſitas, quæ eſt ſecundum genus diuiditur contra diuerſitatem ſecundum numerum, ſed diuerſitas generum eſt quorum non eſt vna materia, ergo diuerſitas ſecundum numerum eſt quorum eſt vna materia, igitur materia non eſt principium indiuiduationis.

Præterea illud quod dat diuerſum eſſe actu eſt tota cauſa indiuiduationis, ſed forma eſt huiuſmodi, ergo &c.

Præterea cum indiuiduatio ſit quædam rei determinatio, illud videtur eſſe principium indiuiduationis, quod eſt principium determinationis. Sed principium determinationis eſt differentia ſubſtantialis, quod patet, quia per differentias contrahuntur genera, à quibus inchoatur determinatio, ergo differentia ſubſtantialis eſt principium indiuiduationis.

Præterea ſi materia eſt cauſa indiuiduationis, aut ſibi, quod eſſe non poteſt, quia ipſa ſecundum ſe non eſt indiuiduum, aut formæ, quod non eſt poſſibile, quia ab eo à quo res habet eſſe habet indiuiduum eſſe, ſed materia non eſt cauſa exiſtendi formę, immo è conuerſo ergo. Hæc etiam compoſito, quia in compoſito non eſt niſi forma & matera, tanquam principales partes.

Præterea materia de ſe, ſiue ſecundum ſe conſiderata eſt punctalis, & indiuiſibilis, ergo non eſt cauſa diuerſitatis numeralis.

Sed contra eſt quia videtur quod materia ſit tota cauſa indiuiduationis per hoc quod dicit in libro phyſicorum, quod materia eſt id quod compoſitum habet, quod ſit tangibile, & ſenſibile, ſed id per quod cõpoſitum eſt tangibile, & ſenſibile eſt cauſa indiuiduationis, ergo &c. 1.Cęl.tex.co.95.

Præterea, quod eſt cauſa diuerſitatis eorum, quæ ſub ſpecie continentur, videtur eſſe cauſa indiuiduationis, ſed materia eſt huiuſmodi, vnde Philoſophus dicit 7.metaph. quod Callias & Socrates ſunt diuerſi propter materiam, & ſic idem quod prius. Tex.co.28.

Præterea illud videtur eſſe tota cauſa indiuiduationis ad quod indiuiduatio ſequitur de neceſſitate, & vniuerſaliter, & à quo eius oppoſitum de neceſſitate & vniuerſaliter remouetur, ſed materia eſt huiuſmodi cuius ſignum eſt quia ad materiale eſſe ſequitur vniuerſaliter, & de neceſſitate indiuiduatũ eſſe, & remouetur vniuerſaliter omne, quod eſt eius oppoſitum, ergo &c.

Sed dices quod materia eſt cauſa indiuiduationis non tota, ſed ſine qua non. ſed contra ſubtracta cauſa ſine qua non, ſubtrahitur eius effectus, ſed ſubtracta materia nõ tollitur indiuiduatio, quod patet, quia quædam ſunt immaterialia, & tamen ſunt indiuidua, ergo materia nõ eſt cauſa indiuiduationis ſine qua non.

Sed contra videtur, quod forma ſit tota cauſa indiuiduationis, quia dicit Philoſophus in 2. de anima, quod forma facit materiam eſſe hoc aliquid, ſed quod facit eſſe hoc aliquid facit eſſe indiuiduum, ergo indiuidua- Tex.co.2.

 diuidua-

diuiduationis cauſa eſt forma.

Præterea id quod finit, & determinat communitatem alicuius eſt principium diſtinctiuum, ſed forma eſt huiuſmodi: conſtat enim quod forma determinat materiæ communitatem, & facit eam ſtare ſub certa forma, & ſub certis accidentibus, ergo forma eſt principium diſtinctiuum materiæ,& ſic eſt indiuiduationis cauſa.

Sed videtur quod accidētia ſint tota cauſa indiuiduationis, illud enim quod ſolum facit rem ſenſibilem, eſt tota cauſa indiuiduationis, ſed res non eſt ſenſibilis niſi per qualitates, quia de rebus nihil accipit ſenſus niſi qualitates, ergo accidentia ſunt tota cauſa indiuiduationis.

Vide D.Th. 3.q.29.ar.4.

Reſpondeo dicendum, quòd de ratione indiuidui duo ſunt principaliter.ſ.quod ſit indiuiſum in ſe,& diuiſum ab alijs. Ex primo enim habet,quod dicat priuationem diuiſibilitatis in partes ſubiectiuas, vnde indiuiduum dicitur quod non eſt multiplicabile in partes ſubiectiuas, ſiue in partes quantitatiuas, vnde vlterius habet ex hoc, quòd opponitur communitati, ſiue multiplicabili per tales partes, ſicut eſt communitas perſonæ diuinæ reſpectu trium perſonarum, ſiue multiplicabilis per tales partes ſicut eſt communitas generis vnde indiuiduum eſt incommunicabile, & ex hoc habet quòd eſſe eius nō eſt per alia ſuppoſita,& ideo oportet,quod ſit per ſe ſubſiſtens, & quia hoc nō poteſt eſſe, niſi per complementum formæ determinantis, oportet, quòd ſit vlterius quid completum in natura determinata. Ex eo vero,quod eſt diuiſum ab alijs rationem eius oportet accipere ſecundum quod aliquid ab alijs diuidi poteſt. Diuiſum ſecundum Boetium dicitur: tripliciter, aut ſecundum genus, aut ſecundum ſpeciem, aut ſecundum numerum, & hic eſt triplex motus indiuiſionis. In indiuiduo enim compoſito in genere ſubſtantiæ eſt tria conſiderare,ſcilicet materiam,formam,& compoſitū,quod ſubſtat accidentibus. neceſſe eſt ergo hanc triplicem diuerſitatem reducere ad aliquod iſtorum trium.ſ.materiam, formam, vel cōpoſitum. vnde nomina omnium, quæ ponuntur in linea prædicamentali ad hæc reducuntur, vt genus, ſpecies, & differentia. Nam nomen generis ſumitur à materia,nomen differentię à forma,& nomen ſpeciei à

Perſona ſignificat aliquid cōe tribus perſonis per modum indiuidui vagi inquātū ſignificat naturā cū determinato modo eſſēdi,quod eſt ſubſiſtere, & ſubſiſtēs diſtinctum ab alijs,qđ eſt cōe tribus. Vide D.Tho 1.q.30.ar.4. Scotus autē ponit talē cōitatem eſſe negationis aut per modum poſitiui proprij. vide ibi Caiet.

Vide D.Th. 3.q.77.arti.2.c.

Vide D.Th. 4.di.12.q 1.ar.1.q.3.3.

Lib.1.de trini.cir.prin.

Vide hæc ſubtiliter gtractata à

compoſito. Diuerſitas ergo generis, ſiue diuiſio, quę eſt ſecundum genus reducitur ad materiam,quia genus ſumitur à materia, & materia eſt cauſa diuerſitatis,quæ eſt ſecundum genus. A parte enim materię accipitur diuerſitas generum in diuerſis prædicamentis, & etiam in eodem prædicamento, ſed diuerſimode. Nam cū genus ſit principium cognitionis, eo quod per ipſum datur diffinitio rei cognoſcibilis,quæ quidem diffinitio ſecundum Philoſophum datur cognoſcendi gratia: materia verò cum ſecundum ſe ſit incognita,ſed diuerſitas generis reducitur ad eam, oportet quod reducatur, non ſecundum quod eſt incognita, ſed ſecūdum quod eſt cognoſcibilis. eſt autem materia cognoſcibilis altero duorū modorum, vno ſcilicet modo ſecundum analogiam ad formam, vt dicitur primo phyſicor. alio modo per propriam formam expreſſam, & in natura determinatam. Et ſecundum hunc duplicem ipſius cognitionis modum accipitur diuerſimode diuerſitas generū primorum, ideſt decem prædicamentorum, & generum ſubalternorum in eodem prædicamento. Primo ergo modo materia eſt cognoſcibilis per analogiam ad formam. Nam ſic ſe habet prima materia ad omnem formam, ſicut lignum ad artem fabri lignarij, & hoc modo ſecundum quod ſe habet in diuerſa analogia ad formas primorum cauſatur diuerſitas generis in diuerſis prædicamentis, quia aliam analogiam habet ad ſubſtātiam, vt ad id cuius eſt pars, aliam ad quantitatem ſicut ad menſuram, aliam ad qualitatem, ſicut ad depoſitionem, eſt enim materia pars ſubſtantiæ menſurata quantitate, & denominata qualitate. Omnia autem alia accidentia recipiunt aliquam operationem ad materiam ratione cuius diſtinguntur, & ipſa comparatur ad omnia genera ſicut ad diuerſas formas, ex quarum analogia ipſa habet cognoſci & diſtingui. Secundo verò modo materia cognoſcitur per propriam formam, quam habet, per quam habet eſſe in actu,& hoc modo habet, quod ſit cauſa diuerſitatis generum in eodem prædicamento. Cum enim materia ſecundum ſe ſit pura potentia, Deus autem purus actus, forma, quæ eſt perfectio ipſius materiæ, & actus eius per quam habet materia cognoſci non eſt aliud, niſi quædam ſimilitudo ipſius actus

D.Tho. de ente & eſſētia c.3. vbi oſtenditur proportio materiæ ad genus differentiæ ad formam,& ſpeciei ad compoſitū, & quo differant.

Lib.6.topicor. c.3.cir. princ.

Tex.co.69.

Materia eſt pura potentia non quia non ſit ens reale, & pars quidditatis, vt D.Tho. docet vbique, ſed qu nullum actum habet,neq; formā. eſt ergo materia actu ens, ſed nō eſt ens in actu.

Idẽ docet Phil.1.phy. tex.co.80. Vide D.Th. 1.d.3.q.5.2.5. & 3.lib. cont gent. cap.97.

actus primi. Nihil enim aliud eſt potentia recipere formam, quam participare ſimilitudinem ipſius actus primi imperfectam, vt.ſ. ipſum compoſitum ex materia & forma, ſit quoddam medium inter potentiam puram, & actum purum. Hæc autem ſimilitudo nõ eſt omnino eadem in omnibus partibus materiæ, ſed diuerſa in diuerſis, ſecundum diuerſos gradus naturę, quia in quadam parte materiæ, participat aliquid de ſimilitudine ipſius actus ad ſolam ſubſiſtentiam, vt quando participat ſolum eſſe, & non viuere, aut ſentire, vt in lapide. in alia verò ad formam, quæ eſt vitę, vel viuere, vel animatum eſſe, vt in plantis, quandoque autem ad ſentire, vt in brutis, quandoque verò ad intelligere in hominibus. Iterum in quibuſdam gradibus naturarum inuenitur ſimilitudo, & impreſſio primi actus recepta abſq; aliqua materia, vt in angelis. in quibuſdam autem abſque materia corruptibili, vt in ſuperioribus corporibus: in quibuſdam verò in materia corruptibili, vt in generabilibus.

De gradib. formarũ lege D. Th.2. lib cõt. gẽt. c.67. & li.3. c.22. 97. de ſpirit. crea. ar.2. cap. de aĩa. art.1.c.

Notandum ergo, quod in iſtis gradibus naturalium eſt talis ordo, quòd in illis quæ communicant in materia ſemper poſterius, & perfectius habet quicquid habet prius & imperfectius, & aliquid plus, & hoc etiam tenet ſi nõ communicent in materia, dummodo id quod habet prius, & imperfectius conditioni non repugnet perfectioris. Et ideo cum in diuerſis partibus materiæ inueniatur differẽs ſimilitudo, ſeu impreſſio primi actus, & vnus gradus abundet ab alio, & cõtineat eius perfectionem, & plus, & alius conſequenter deficiat ab eo in aliqua ſimilitudine primi actus, neceſſe eſt, quod in omnibus aliquid idem ſit commune inter gradus, quod ſubſternatur formis contrarijs, ita quod in vno ſubſternatur perfectioni, & in alio imperfectioni. Ex quo in gradibus naturarum inuenitur communiter perfectio & imperfectio, abundantia, & defectus. verbi gratia corpus animatum, quod eſt planta deficit à corpore animato ſenſibili, quod eſt animal, & ex hoc oportet quod ſubſternat defectui, & imperfectioni, quæ eſt inſenſibilitas. Et idem corpus animatum in alio gradu. ſ. in animali ſubſternitur ſenſibilitati, quæ eſt perfectio, & ſic de alijs. Et ideo id quod eſt commune. ſ. corpus animatum, qđ vtriq; formę ſubſternitur eſt vt genus reſpectu omnium naturarũ participãtium actualiter dictas formas. Generaliter igitur tenendum eſt, quod in omnibus his gradibus naturarum materia accepta cum communi forma, ſeu ſimilitudine primi actus conſtituit genus. verbi gratia, materia accepta cum forma, vel potentia cum actu facit hoc genus, quod eſt ſubſtantia, hæc autem cum corporeitate facit genus, quod eſt corpus. hęc autem cum anima facit corpus animatum, & hæc cum ſenſitiuo facit genus, quod eſt animal. Secundum ergo hunc proceſſum, manifeſtum eſt, quòd id quod eſt poſterius forma eſt reſpectu prioris, & plus recipit de ſimilitudine primi actus, & id quod eſt prius eſt materiale reſpectu ſequentis, & in ipſo loquendo phiſice materialiter continetur, & quia logicus de materia non curat, eo qđ ſolum formale conſiderat, ideo ponit omnia iſta genera in vno genere conuenire, & nullo modo genere differre: ſed quia phiſicus conſiderat materiam ſimul cum forma, & videt, quod materia ſecundum diuerſas partes diuerſis perfectionibus informatur, & iterum videt quod aliqua ſimilitudo, & impreſſio actus recipitur in materia, quæ eſt in potentia ad formam, aliqua autem in materia, quę eſt ſolum in potentia ad vbi, aliqua autem in nulla materia, vt in angelis, ideo dicit omnes illas naturas adinuicem genere differre, & ideo aliqua dicũtur eſſe eiuſdem generis, ſecundum logicum, quæ non ſunt eiuſdem generis ſecundum phiſicum vel metaphiſicum. patet igitur quod materia eſt principium, & origo diuerſitatis generum in diuerſis prædicamentis, & etiam in eodem, patet etiam, quod licet genus nõ ſit materia per eſſentiam, quia tunc non prędicaretur de ſpecie, cũ materia ſit pars; tamen ratio generis ſumitur, ex eo quod eſt materiale in re, ratio verò differentiæ ſumitur ab eo, quod eſt formale, ſiue pertineat ad perfectionem, ſiue ad imperfectionem, ſiue ad habitum, ſiue ad priuationem, quia ratio differentię ab illis formis accipitur, quibus ſubſternitur ipſum genus, vt iam ex dictis patet. non enim anima rationalis eſt differentia hominis, cum de homine non prędicetur, ſed animam rationalem habẽs, quod ſignificat hoc nomen rationale, cui animal ſuſternitur, cum eius oppoſita differentia, quia dicimus, animalium, aliud rationale, aliud

De genere logico, & phyſico lege D. Tho. 1.q.66.ar.2. 2.& q.88.ar tic.2.4.

Vide D. Th. de ente & eſſẽtia.c.3.

Animaduertāt hic Thomiſtæ D.Tho. apte docere formā eſſe principiū īdiuiduationis & non ſolā materiā, id quod alibi expſ- ſe docet, in opuſc. 9. c. 52 vbi dicit ſuppoſitū vniuerſaliter habet īdiuiſionē à forma, & 8.meth. t.c. 16. habet cōpoſitum eſt vnū per materia, materia autē expectat vnitatem a forma, & lib 3. cōtra gētes, c.83. dicit, quod quorū forma ē vna ſunt vnum numero, dicēs ꝙ principaliter indiuiduatio eſt à forma, qa a quo hēt eſſe hēt vnitatē, idē dicit 1 q. 76. ar.2. in q. de aīa, ar. 21. ad 2.& 1. d. 12. ar.1. c. habet. Vnumquodq; hēt indiuiduationēà quo habet eē, & 1. q 4. ar 2 c. vult principia diſtinctiua eſſe intrinſeca, & 5. q. de aīa, ar 3. ad 13. principia indi-

aliud irrationale, & quia differentia adueniens generi conſtituit ſpeciem, ſicut forma materiæ, ideo diuerſitas ſpecierum cauſatur ex diuerſitate differentiarum, ex quo manifeſtū eſt, quòd tam ſpecies, quam differentiæ reſpiciunt id quod eſt formale in re, & inde originantur, genus autem reſpicit ipſam materiam. Diuerſitas igitur numeralis in cauſa indiuiduationis, nec eſt tantum à materia, ſicut quidam dicunt, nec tantum à forma, vt dicunt alij, nec tantum ex alijs accidentibus determinantibus, vt dicūt alij, ex vtriſq; tamē indiuiduatio habet cauſam. Sed circa hoc ſciendum, ꝙ cū quęritur quid ſit principium indiuiduationis, non quæritur tantum de principio materiali, quia indiuiduatio habet principium effectiuum in artificialibus quidem eſt artifex, qui diuidendo, de vno ferro facit duo fruſta, in naturalibus autem generans, cum de ſua ſubſtātia facit aliud ipſe eſt cauſa diſtinctionis. Habet etiam principiū finale, & hoc eſt conſeruatio ſpecierū, quia propter hoc eſt multiplicatio, & diſtinctio indiuiduorū, vt conſeruetur, & ſaluetur eſſe ſpecierum. Principium etiam formale eſt ipſa forma terminās materiam, materiale verò ipſa materia terminans formam. manifeſtatiuum etiam ſunt ipſa accidentia diſtinguentia ipſam ab alijs quantum ad apparentiam, & aſpectum. Sed notandum, quod cum indiuiduum ſit quid completum in actu, & ſubſiſtens materia & forma quibus conſtituitur ineſſe erunt principia, & cauſa indiuiduationis. ſed quia nec materia per ſe, & abſolutè ſumpta, & ſimpliciter poteſt eſſe pars huius indiuidui, ſed hęc materia ſignata, & ſimiliter, nec forma ſimpliciter, ſed in quātum hęc, ideo nec materia, nec forma ſimpliciter acceptæ ſunt principia indiuiduantia cum ſint partes na-

uiduantia ſunt de eius eſſentia, & in q. de potentia, q.9 ar.5. ad 15. principi indiuiduationis increatis ſunt principia ſubſiſtendi, & diſtinguendi & 1. q.39 ar 3. ſubſtantia per ſe habet vnitatem, & multitudinem. Non ergo negat formam ſuo modo non concurrere ad indiuiduationē, cum indiuiduū ſit maximè in actu, & cōſequenter per formā, ſed quia materia magis ſe tenet ex parte indiuidui, quam forma, quæ magis reſpicit ſpeciem, idcirco D.Tho. indiuiduationē potius tribuit materię, quam formæ. Nam forma non fit hæc niſi per materiā, radix ergo prima indiuiduationis eſt materia, vide Iacobum Hadautum virum doctiſſimū in ſuis Theorematibus metaphyſicis, Theoremate 2. vbi dicit quod potius ad indiuiduationē eſt materia, quā forma, & ideo materia habet prærogatiuam iſtam, quia forma ſingularitatem, quam habet mēdicat à materia, & in hoc eſt diſcrimen inter nos & ſcotiſtas, quia illi ponunt principium indiuiduationis eſſe entitatem poſitiuam incommunicabilem quā vocant hecheitatem ſumptam ab vltima realitate formę, nos autem dicimus illā ſumi a materia tanquam à prima radice. Vide Caiet. capit. 2. de ente & eſſentia. q.4.

turæ communis, ſiue ſpeciei, & non naturæ particularis, & licet forma, & materia mutuo ſe terminent, quia cū materia ſit potentia ad plures formas, per hoc quod habet vnum actum, iam non poteſt alium ſubire actum, nec etiam eſt in potentia ad formam iam receptam, & ſic terminatur per formā: ſimiliter etiam, cum forma ſecundum ſe ſit multiplicabilis, & receptibilis in multis, ex quo tamen iam eſt in materia non poteſt in alia eſſe, & ſic terminatur per materiam, tamen materia in eo quod materia non terminat formam indiuiduali terminatione, niſi ſit hęc materia, nec forma in eo quod forma terminat materiam indiuiduali terminatione, niſi ſit hæc forma, & ideo hæc materia, & hæc forma ſunt principia indiuiduationis. & quia materia non poteſt ſignari, vt hæc, niſi in quantum eſt ſubiecta certis, & ſignatis dimēſionibus quantitatiuis, licet quidam dicant, quod in determinatis, & incertis, ideo primum & vltimum indiuiduationis principium eſt materia non abſolutè accepta, ſed ſignata, vt hæc, in quantum ſtat ſub certis & determinatis dimenſionibus quantitatiuis, vnde & in reſolutione ad hāc materiam in quantum his dimenſionibus

Vide hæc Fuſiꝰ apud D. Tho. de ente & eſſentia, cap. 2.& 3 eſt opin. Auer. de ſubſtantia orbis, c. 1.& 1 phyſ. co. 63. & 4. co. 35. qui opinionē quādoq; ſequutus eſt D. Tho. in q. cōtra gē. cap 8. & in opuſculo d̄ natura materiæ, & i 4. diſt.13 q. 1. ar 2. tamē ī 1. 1. q.76 ar. 6. & alibi oppoſitū tenuit. Vide Caiet d̄ ente & eſſentia, cap. vltimo, q 16. Materia ſignata ſub certis dimēſionibus varie à Thomiſtis reponitur, ſiquidem Caiet. de ente & eſſentia, c. 2. intelligit

materiā ſignatam materiam cum capacitate, ſeu potentia huius quantitatis quod non alterius, quæ capacitas addit aliquid reale ſuper materiam diſtinctam ab illa ſecundum rationē, & appropriatur materiæ ab agente particulari diſponēte materia, excludit ergo quātitatem a materia ſignata, quia vult, ꝙ Socrates ſit vnus numero vnitate tranſcendentali prout ponitur ſub ſpecie in recta linea prædicamētali, & vt ſic ꝑuenit quantitatē. Hanc opi. ſequitur Iauel. in 5. met. Retract Caiet. hāc opi. 1 q.29. ar. 1 & illā impugnat Franc. Fer. lib. 1. contra gent. c.21. Ratio retractationis fuit quia adhuc nō poterat vitare, quia materia ſignata non ſit aggregatum per accidens, q̄a talis potentia, & capacitas, ad talem quantitatē eſt in eodem genere quātitatis, actus aūt & potētia ſunt in eodem genere Sed Iauellus vult ſoluere hanc rationem, dicens ꝙ potentia ad terminū per ſe eſt in eodē genere cū actu non aū ad terminum per accidens, qui eſt quantitas: ſed Caiet intellexit potentiam, & capacitatem in materia eſſe ad quātitatem tanquam ad terminum per ſe primo oportet enim ponere potentiam propriā, & proximā ad quantitatē ꝑ ſe in materia, & non ſolū ad actū ſubſtātialē, vult ergo Caiet in ſua retractatione, ꝙ materia ſignata ſit ſine quantitate, vt tn̄ eſt fundamentū, radix & cā huius quantitatis, ac vt in ſe præhabet quātitatē illā, ꝙ non aliam, ita q̄d materia ſignata ante oē accidens, vt eſt vna vnitate tranſcendentali fundat, & præhabet in ſe quantitatē talē ita quod non aliā, & ſic nullo accidēte poſito materia dr̄ ſignata, & licet talis materia in illo priori nō diſtinguatur per quantitatē formaliter, tamē inquit Caietanus ſufficit, q̄d in ſe præhabeat talē quantitatē ad hoc, quod numeraliter fiat hæc, omnis namq; diſtinctio numeralis, aut eſt per quantitatem formaliter, aut participatiue, ſed licet hæc ſubtiliter dicant tn̄ plenior, & ſimplicior opi. & ad mentē D.Tho. vr̄ opi. Capr. 2. d.3, q. 1. ad arg. cōtra 2 quā ſequunt Ferrar. 1. cōtra gēt. c.21. & Pau. Sonc. 7. met. q 33.34.35. Q̄d loquēdo de vnitate eſſentiali, & trāſcendentali talis ab eodē nr̄ à quo hr̄ eſſe, ſed loquēdo de vnitate quātitatiua, q̄ fundat indiuiduationē Socrati talis quo ad indiuiſionē, & in cōmunicabilitatē eſt à materia tāquā a 1. radice, ſed quāntū ad diſtinctionē ab alijs eiſdē opinioni & demōſtratiuitatē hic & nūc, habet radicaliter à quātitate ita ꝙ materia ſignata dicit materiā ſub quātitate quo ad cōpletam rōnem īdiuidui ita quòd Socrates, vt præueniat quantitatem non eſt vnus numero niſi vnitate trāſcendenti, & non quantitatiua perfectam.

ſubiecta eſt. eſt etiam deuenire ſicut ad primum indiuiduationis principium, mediantibus certis dimenſionibus terminans communitatem huius formæ, quam intellectus natus eſt pluribus ſuppoſitis attribuere. & ſic patet quod mediantibus ijs diſpoſitionibus, & dimenſionibus poteſt & hanc formam recipere, & hæc accidentia, quæ ſe habent ad noſtrã apprehenſionẽ, vt ſignaq; bus mediantibus apprehẽdimus indiuiduũ. & p hoc patet quid eſt cauſa indiuiduationis in ſubſtantijs materialibus. patet etiã per hæc reſponſio ad oĩa argumẽta, quæ omnia ſuo modo aliqualiter veritatem concludunt.

*De principio indiuiduationis in ſeparatis ſubſtantijs.*

Sed tunc videtur quærendum quid ſit principium indiuiduationis in ſubſtantijs ſeparatis. Nã vr̃ quod non ſit ponere indiuiduationẽ. Quia vt ex dictis patet, materia eſt principiũ indiuiduationis ſubiecta dimenſionibus, ibi autem non eſt materia, ergo &c. *Primò phy. t.c.49.*

Præterea, ſenſus eſt ſingularium, & intellectus eſt vniuerſalium, ſi ergo Angeli eſſent indiuiduati non intelligerentur. *Cap.5.*

Præterea in com. libri de cauſis dicitur, Intelligentia eſt finita ſuperius in quantum recipit eſſe à Deo, infinita inferius, quia eius eſſe non recipitur in materia, ergo cum eius eſſe non ſit finitum per aliquid in quo recipiatur non eſt indiuiduatum.

*Tex. co.59. & 60.* Præterea numerus cauſatur ex diuiſione cõtinui ſecundum Philoſophum in 3. phyſicor. vbi ergo non eſt continuum nõ eſt diuiſio, & per conſequens nec numerus, nec indiuiduatio numeralis.

Præterea nulla forma ſimplex poteſt diuidi, ergo nec indiuiduari, ſed angelus eſt forma ſimplex, ergo &c. *1. metaph. t.c.1.*

Sed contra. Actus ſunt ſingulariũ, ſed Angelis cõuenit agere. Dan.6. Milia miliũ &c. ergo angeli ſunt indiuidui, & ſingulares.

Reſpondeo dicendum, quod circa indiuiduationem ſubſtantiarũ ſpiritualium, tam ſeparatarum, quam coniunctarum diuerſi diuerſimode dixerunt, ſicut & de compoſitione earundem. Illi enim qui ponunt ſubſtantias ſeparatas compoſitas ex materia, & forma, dicunt quod materia in eis eſt principium indiuiduationis. Illi verò qui ponunt in eis compoſitionem ex ſuppoſito & natura, ipſum ſupoſitum dicunt eſſe indiuiduationis principium. Sed quia nec illam cõpoſitionem ponimus in eis, ideo aliter eſt dicendum de indiuiduatione angelorum. ſ. q; indiuiduantur ex eo, quod ſunt formæ ſimplices: forma enim ſimplex indiuiduatur ſeipſa tanquam principio intrinſeco, ſicut ſi eſſet albedo ſimplex & ſeparata indiuiduaretur ſeipſa, quia eſſet vna ſeipſa. Ipſi etiam angeli tanquam effectiuo principio indiuiduantur ab ipſa diuina ſapientia diuerſos in eis gradus naturarum excogitante, & hoc magis declaratur in cõmento ſuper librũ de cauſis. De indiuiduatione autem animæ notandum, quod quidam dixerunt, quòd anima indiuiduatur à Deo tantum, quia cum Deus ſit immediatum productionis principium animæ, oportet, quod ſit immediatum principium omnium illorum, quæ eſſentiã, & perfectionem animæ conſequuntur, vt quod ſit incorporea, immortalis, indiuiduata, & huiuſmodi. vnde ſicut anima non habet immortalitatem à ſe, ſed à Deo, quamuis per ſe, & de ſua natura, & ex principijs proprijs ſit immortalis, ita ſimiliter à Deo habet, quod ſit indiuiduata, & hoc ſecundũ iſtos videtur poſſe haberi ab Auguſt. in lib. de ſpiritu & anima, vbi dicit, q; anima eſt ſubſtantia viuens, ſimplex, incorporea, & multa alia ponit ibi, & poſtea addit: hęc autem omnia ex eo, qui eam condidit ſuſcepit, & ita habet indiuiduationem à Deo, & hæc eſt opinio Rabi Moyſis. ſed quod hoc non poſſit ſtare videtur, quia principium indiuiduationis oportet eſſe intrinſecum, ſed impoſſibile eſt quod Deus ſit principium intrinſecum animæ, vel alterius creaturæ, & ita impoſſibile eſt, quod anima indiuiduetur à Deo, tanquam à principio intrinſeco ſuæ indiuiduationis, & propter hoc Auic. dicit in 6. de naturalibus, quod quædam accidentia, quæ ſunt nobis occulta ſunt in anima principium indiuiduationis. ſed diſtinguitur de accidentia. ſunt enim quædam accidentia, quæ ſe tenent ex parte formæ, & hæc non ſunt cauſa indiuiduationis, quædam autem, quæ ſe tenent ex parte materiæ, & hæc ſunt cauſa indiuiduationis. Nam materia ſecundum ipſum non eſt cauſa indiuiduationis, cuius ratio eſt, quia materia ſecundum ſe conſiderata eſt vniuerſalis ſicut forma, non autem eſt de ratione vniuerſalis, quod determinet, & indiuiduet, ſed potius, quod confundat. & quia ſecundum ipſum eſt neceſſe quod accidentia ſint cauſa indiuiduationis

*Fuit opinio Auic. prout hēt D. Th. 1.q.50.ar.2.*

*Vide Caie. de ente, & eſſẽtia. c.5. & 3.q.4.*

*1.q.50.ar.4*

*Cap.11.*

*Par.5.c.3.*

duationis principaliter, quæ quia non apparent ad oculum, dixit quod erant nobis occulta. Sed quod hoc ſit impoſſibile manifeſtum eſt, quia poſterius non eſt cauſa prioris, accidentia autem ſunt poſteriora indiuiduis ſecundum Porphirium, licet enim res indiuidua nõ habeat eſſe ſine accidentibus, tamen naturaliter prior eſt. & præterea accidens non eſt cauſa ſubſtantiæ, indiuiduum autem dicit rei ſubſtantiam. & iterum principium indiuiduationis oportet eſſe intrinſecum rei indiuiduatæ. item ſi illa accidentia ſunt occulta nobis quomodo erunt cauſa eius, quod eſt manifeſtum nobis? Et propter hoc aliter dicendum eſt. ſ. quod principium indiuiduationis animæ poteſt diuerſimode aſſignari ſecundum diuerſas rationes cauſarum. nam loquendo de principio indiuiduationis effectiuo, ſic Deus eſt principium indiuiduationis, in genere principij efficientis, ſed formaliter loquendo, ipſa ſeipſam indiuiduat per modum principij formalis, & eſſentialis; materialiter verò loquendo indiuiduat eam corpus, non quod ipſa indiuiduationem non habeat extra corpus, ſed quia habitudinem, & proportionem, & quandam inclinationem habet ad corpus, non quod hanc habitudinem habeat antequam corpori infundatur, cum non præcedat corpus, eò quod creando infunditur, & infundendo creatur à Deo, iuxta indigentiam corporis informandi, ſed quia in creatione recipit, & acquirit ſignatam, & determinatam eſſentialem habitudinem ad corpus hoc, quam etiam ſibi retinet à corpore ſeparata. vnde ſicut anima humana accepta communiter non eſt vnibilis, nec vnita naturaliter, niſi humano corpori, ita nec hæc anima niſi huic corpori ex habitudine eſſentiali, quam habet ad ipſum, vnde per hanc habitudinem dicitur indiuiduata. Ad primum ergo dicendum, quod materia ſubiecta dimenſionibus eſt principium indiuiduationis in ſubſtantijs materialibus. In Angelis autem eſt aliud indiuiduationis principium, cum ſint immateriales, vt dictum eſt. Ad ſecundum dicendum, quod ſingularitas non impedit intelligibilitatem, ſed materialitas, & ideo licet Angeli ſint ſingulares, ſunt tamen intelligibiles cum ſint immateriales. Ad tertium dicendum, quod intelligentia non dicitur infinita inferius quia ſit infinita ſecundum ſuum eſſe, ſed quia eius forma nõ eſt recepta in materia, & ideo per hoc non concluditur quin ſint indiuiduata. Ad quartum dicendum, quod in Angelis non eſt numerus, quia eſt quantitas diſcreta cauſatus ex diuiſione continui, ſed cauſatus ex diſtinctione formarum, prout numerus eſt de tranſcendentibus. Ad quintum dicendum, quod in Angelis non eſt indiuiduatio per diuiſionem continui, ſed per diſtinctionem formarum, vt dictum eſt, & ideo ratio non procedit.

Qũo anima indiuiduatur per habitudinem ad corpus, & quæ ſit iſta habitudo lege Caiet. de ente, & eſſentia. cap 6. & eſt q. 13.

Habetur in lib. de eccleſiaſt. dogm. c. 18. & 19.

Vide D. Th. 1. q. 57. ar. 2. ad 2.

Vide D. Th. & Caiet. de ente, & eſſentia, c. 6. par. 5.

# QVÆSTIO SVBTILISSIMA AC NOBILISSIMA

## De motoribus corporum cœleſtium D. Thomæ Aquinatis, nunc primum in lucem edita.

QVAESTIO eſt de motoribus corporum cęleſtium. Et videtur quòd moueantur immediate à Deo. Dicit enim Philoſophus (Tex. co. 36.) in 2. de cęlo, & mundo, quòd cauſa prima mouet cauſatum primum, ſed cauſa prima eſt Deus, cauſatum primum mobile eſt cœlum, ergo &c.

Præterea Boetius dicit libro de Conſol. loquens Deo ſtabiliſque manens das cuncta moueri, ergo videtur quòd maxime moueat quod eſt primum mobile, hoc autem eſt cęlum ergo. &c.

Præterea primi mobilis motor debet eſſe primus, ſed primus motor eſt immobilis omnino, alias non eſſet ſtatus in mobilibus, ſed nihil eſt primum non immobile niſi ſolus Deus, ergo ſolus Deus eſt motor primi mobilis.

Præterea ex motu, & influentia cœleſtis corporis eſt cõſeruatio omnium corporum viuentium, ergo ex motore eius erit conſeruatio omnium ſpirituum viuificantium, quia ſicut ſe habet mobile ad mobile, ſic ſe habet motor ad motorem, ſed ſolus Deus eſt conſeruator, & viuificator ſpirituum, ergo ſolus ipſe mouet cœlum.

Sed contra, videtur, quòd moueantur à (2. phyſ. tex. co. 1.) propria natura. Sicut enim vult Philoſophus, natura eſt principium motus, & quietis in eo in quo eſt, ergo motus naturalis eſt à forma intrinſeca, ſed motus cœli eſt naturalis, ſicut probat Philoſophus, ergo eſt à propria forma. (8. phyſ. tex. co. 27. a 2. cæl. tex. co. 3.)

Præterea leue poteſt ſua virtute ſurſum aſcendere nullo impellente, & ſimiliter graue deſcendere abſque intelligentia mouente, ſi ergo forma cœli perfectior eſt, quàm forma elementaris, & figura eius eſt aptiſſima ad motum circularem, videtur quòd moueri poſſit à propria forma abſque omni intelligentia.

Præterea plus eſt mouere ſeipſum exeundo locum proprium, quàm non exeundo, ſed virtus lucis eſt ſe diffundere per corpora alterius naturæ, ergo videtur quod multo fortius corpus cœli per naturam lucis poſſit in ſuo orbe ſe mouere abſque influentia alicuius ſpiritualis ſubſtantiæ.

Præterea nullus motus neceſſarius depen det à voluntate creaturæ, tanquam à primo motore, ſed motus cœli eſt vniformis, & neceſſarius, ſecũdum Sanctos, & Philoſophos, (2. cæl. tex. co. 27.) ergo non eſt à voluntate alicuius intelligentiæ. Sed contra motor eſt in actu reſpectu mobilis, ſed cœlum eſt mobile. Nihil autem idem ſimul eſt in actu, & in potentia, ergo cęlum non poteſt moueri à ſe, ſiue à propria virtute. (8. phyſ. tex. co. 8.)

Reſpondeo dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd cœlum mouetur à propria natura, ſicut grauia, & leuia, moti ſunt eo quia Philoſophus vocat motum naturalem cuius (2. phyſ. tex. co. 1.) principium eſt natura inclinans ad talẽ motum, ſicut patet, ſed hoc non poteſt ſtare nec in ſe, nec in ſua ratione. In ſe quidem primò ex parte motoris, quam ſecundum Philoſophum omnis motus eſt ab aliquo, (2 phyſ. tex. co. 1.) quamuis ergo natura ſit principium motus, non propter hoc dicitur motor, ſed generãs, nec propter hoc Deus dicitur motor inquãtum dat formam, quia ſic cœlum dependeret immediate à Deo ſecundum moueri, ſicut & ſecundum eſſe, ſed hoc non poteſt eſſe, ſed quia ſic tolleretur ordo rerum, & connexio cauſarum, quæ eſt ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ. Secundo ex parte mobilis, quia in motis naturaliter, & in quibuſcunq; quæ proprij motus, ſequuntur naturalem inclinationem, additio motoris ad mobile, ſiue eiuſdem ſpeciei, ſiue diuerſę cauſat intenſionem in motu proprio lationis, & in alio remiſſionem, ſicut patet in

gleba,

gleba, quia vbi eſt talis natura, quanto plus multiplicatur, tanto fortius mouetur & ſi ſic eſſet in ſuperioribus, tunc moueretur ſtella motu proprio velociſſime, & aliena delatione tardius, cuius contrarium apparet. Nec poteſt dici, quòd hoc contingat, quod non compleat circulum non propter tarditatem motus, ſed propter magnitudinem circuli. Tertio ex parte ſpatij, quia motus naturalis non conuenit niſi naturæ extra ſuum vbi, quo adepto ſtatim quieſcit ſicut patet in terra, ſed ſuperiora mouentur in ſuo vbi. Quarto ex parte termini, quia cum natura determinetur ad vnum nunquam poteſt inclinari ad motum propter motum, ſed propter aliquid determinatum, quod ex motu conſequitur, motus enim non poteſt habere rationem termini, quia eſt id quod tradit in alterum & ita nunquam natura aliqua determinatur ad motum propter motum. Si igitur corpora ſuperiora mouerentur naturaliter haberent aliquem terminum ad quam mouerentur, & tunc ibi quieſcerent, omnē autem appropinquans per motum naturalem ad ſuum vbi mouetur fortius, contrarium autem eſt de motu violento, & ſic ſequeretur, quòd motus cęli aliquando eſſet tardior, aliquando velocior: & ſic patet, quòd hæc poſitio in ſe ſtare non poteſt, nec etiam poteſt ſtare in ſua ratione. Aliter enim dicitur naturale in ſuperioribus, aliter in inferioribus, & aliter accipitur principium motus in iſtis, & in illis. Vnde notandum, quòd principium motus duplex eſt paſſiuum, & actiuum. Actiuum eſt duplex, aliud formale, vt forma, & aliud vt agens, & mouens. In illis autem, quæ habent ſolum principium motus paſſiuum requiritur agens motor, quia illud non ſufficit ad mouendum. In illis vero quę habent formale principium actiuum nō requiritur, quia ſic ſequeretur, quòd igne moto ibi eſſet generans, quod falſum eſt. In illis vero vbi eſt agens actiuum mouens minus requiritur motor. Principium ergo motus in elementis eſt actiuum formale, quia in elementis eſt naturalis motus ratione inclinationis actiui formalis. In cœleſtibus vero corporibus principium motus eſt paſſiuum, quia in eis naturalis motus ratione inclinationis paſſiui. Alij autem dixerunt, quòd mouetur à natura, & ab anima. à natura quidem ſicut à principio paſſiuo, ab

Vide D. Tho. 3. co. cap. 23.

Vide D. Th. in 3. ar. 6. q. de ſpiritualibus creaturis.

In elementis eſſe principium actiuū motus docet D. Tho. 12. q. 36. arti. 2. & etiam paſſiuum ab eodem 5. met. li. 12. ī prin. & vtroque modo ab Auer. 3. cę. co. 28. & clarius 4. cœl. co. 22. ſi .n. grauitas, & leuitas cōparentur ad agens tanquā inſtrumēta illius dicuntur actiua, ſi autē ad mobile dicuntur paſſiua. Nec obſtat, quod habetur 2. de gene. tex. co. 8. grauitatē & leuitatē nō eſſe actiuas qualitates, quia loquitur de actiuitate generatiua & alternatiua non motiua de qua h[...] 4. phyſi. tex. co. 85. eſſe actiuas.

anima autem ſicut à principio actiuo, aſſignantes cuilibet orbi duos motores, vnum ſcilicet coniunctum, & aliud ſeparatum. Et ratio eorum erat, quia cum principiū vniuſcuiuſq; rei ſit vnum, ab ipſo non poteſt procedere niſi vnum, & ideo à prima cauſa proceſſit tantum vnum cauſatum. Sed notandum, quòd horum, quidam vt ſimplicius, & eius ſequaces dixerunt corpora cęleſtia eſſe animata non ſolum anima intellectiua, ſed etiam ſenſitiua, & cauſa erat, quia quicquid nobilitatis eſt, eſt adſcribendum magis digno, vt eſt corpus cœleſte. Auicenna dixit ea eſſe animata anima imaginatiua, & ratio eſt, quia non poſſunt mouere niſi particulare Ariſtoteles vero dixit, ea eſſe animata anima intellectiua. Cuius ratio eſt, quia omne quod mouetur ab alio mouetur, & cum in motoribus, & motis non ſit procedere in infinitum, neceſſe eſt deuenire ad aliquod mouens ſeipſum. Sed hæc poſitio non poteſt ſtare. Primo ſicut ponebat Simplicius, ſcilicet quod eſſent animata anima ſenſitiua, quia cum finis imponat neceſſitatem ijs quę ſunt ad finem, & indignius ſit propter dignius, oportet vt corpus ſit propter animam, & non èconuerſo: Si ergo corpora cœleſtia eſſent animata anima ſenſibili, eſſent organica ſecundum exigentiam animæ ſenſitiuæ, conſtat autem hoc non eſſe. & præterea eſſent complexionata, quod falſum eſt. Item etiam ſtare non poteſt, ſicut ponebat Auicenna, ſcilicet quod ſint animata anima imaginatiua, quia ſicut organum ſenſitiuum eſt complexionatum, ita & organum imaginatiuum. Iterum etiam nec ſtare poteſt ſicut Ariſtoteles poſuit, ſcilicet quòd ſint animata anima intellectiua, quia cœlum eſt corpus ſimplex eiuſdem naturæ in parte, & in toto, & ſic eſſet totum vnum animal. Motiuum autem poſitionis illorum continet errorem, quia ponit, quòd ab vno primo principio non poſſit procedere niſi vnum, ſed à ſecundo poſſit. Hoc autem eſt inconueniens, quia cum agat per intellectum omnia poteſt producere. Item cum ſuprema non ſint propter infima, ſed èconuerſo, ideo non poteſt coarctari numerus illorum propter numerum corporum, quod eſſet ſi vnumquodque corporum haberet motorem coniunctum. Et ideo alij dixerunt, quòd corpora cœleſtia mouentur à natura propria, ſicut

Hanc opin. D. Tho. videtur ſequi de ſpiritualibus creat. ar. 6. & 2. di. 10. 1. c.

Videtur op. Auice. pro qua, vide D. Tho. 11. q. 47. ar. 1.

12. metaph. tex. c. 29. & 59 2. cę. tex. co. 13 & 51.

De anima celi tractat Auicenna li. 6. naturalium par. 1. c. 1.

Vide D. Tho. 1. 1. q. 70. arti. 3. 2. de ſpiritua. creat. art. 6, licet reponens Ariſt. teneat cęlū eſſe veræ animatum.

Lege Aue. 12. met. co. 44. qui opi. hanc Auic. optime improbat, & Caie. ſubtiliter replicat de ente & eſſentia. q. 10.

Vide D. Th. 12. met. tex. co. 48.

ſicut à principio paſſiuo, & naturali, & ſicut ab actiuo mouentur ab intelligentia nō mediante anima, ſed virtute propria. Intelligentia enim mouet per contactum virtutis, & per imperium voluntatis. Propter quod & motus corporum cęleſtium, & dicitur naturalis, & dicitur voluntarius. & hæc opinio melior eſt. Primo, quia magis congruit ordini diuinæ ſapientiæ, quæ inferiora regit, & mouet per ſuperiora, & media per prima. Corpora autem cęleſtia media ſunt inter ſuperiora & inferiora, & ideo quantum ad durationem menſurantur æuo, ſicut & angeli, quantum autem ad motus ſucceſſionē menſurantur tempore, ſicut & alia inferiora corpora. Secundo magis congruit dignitati naturæ angelicæ. Cum enim Deo ſeruire regnare ſit, dignius obſequium eſſe non poteſt quantum ad obſequentis naturā, quam cooperari Deo in regimine prouidētiæ ſuę, quod fit mouendo corpora cęleſtia, ex quorum motu generantur omnia inferiora. Vnde ſeruire Deo in executione diuinę prouidentiæ in maioribus, & in maiori mundo maius eſt, quam ſeruire Deo in executione alicuius miniſterij inferioris. & ideo dicunt quidam, quod motores orbium de media hierarchia, & de medio ordine ſunt. Tertio magis congruit auctoritati doctorum ſacrę ſcripturæ. Dicit enim Auguſt. in 3. de trinit. quod omnia corpora reguntur per ſpiritum vitæ rationnem. Gregorius etiam dicit in 4. dialog. quod in hunc mundum viſibilem nihil niſi per creaturam inuiſibilem diſponi poteſt. Quarto magis conuenit ſimilitudini microcoſmicę, microcoſmus etenim. i. minor mundus eſt homo, in quo eſt quędam virtus mouens alias, quæ motæ exeunt in actus debitos. Nam videmus in homine motum infimum ſicut cordis, qui eſt ſecūdum apprehenſionem ſenſitiuam, & alios motus medios ſecundum apprehenſionem imaginatiuam, & alios ſupremos ſecundum apprehenſionem intellectiuam. Notandum autem, quod in corporibus cęleſtibus anima non debuit infundi propter eorum motum, quia motus non poteſt eſſe finis, cum omne quod mouetur moueatur propter aliquod, quod non habet, magis ergo motus eſt de

Scot. 4. diſt. 48. q. 2. ait motum cœli non eſſe naturalem neq; violētum, ex parte mobilis, ſed neutrū, ex parte vero motoris eſſe voluntarium. At Durand. 2. diſt. 14. q. 2. tenet non eſſe naturalem, neque animale. ſed voluntarium ab intelligētia quæ neque anima, neque natura eſt, ſed Alb. Mag. negat eſſe naturalem, ſed affirmat eſſe animalem, ac voluntarium. At Auer. cum D. Tho. vt habet Tim. in Theo. 69. quandoq; dicunt eſſe naturalem, quādoque voluntariū, & D. Tho. 1. cęli. li. 3. & 3. contra gent. c. 23. conciliat q ex parte materiæ, & mobilis eſt naturalis ex parte vero motoris eſt voluntarius, pro quo vide D. Th. 4. diſt. 48. q. 2. ar. 2. c. & licet D. Th. 1. q. 70. arti. vlt. ad 5. dicat motum cęli eſſe naturalem ēt ex parte prīcipij actiui intrinſece mouentis, & idem habet Auer. 8. phy. tex. co 27. Rndet ex Tim. vbi ſup. & Ferr. contra gen. c. 28. q non eſt intrinſecum, vt forma, ſed quia eſt illi appropriatum, & vnitum contractu virtuali & præterea non eſt ſimpliciter naturalis, ſed ſecundum quid & modaliter potius quàm formaliter.

ratione eorum, quæ ſunt ad finem, quam de ratione finis. Item notandum, quod licet nihil virtutis finire ſit ad oppoſita, tamen ſphæræ poſſunt per accidens, & non per ſe ad oppoſita moueri: mouentur enim vno motu per ſe, & alio per accidens, motu. ſ. ſuperioris ſphærę. Item ſi quęritur, vbi ſit motor in ſphæra, qui mouet ipſam ſphæram, dicendum eſt, quod eſt in circunferentia. Sed notandum, quòd eſt ſecundum determinatum ſitum mundi. ſ. ex parte orientis, non autem ſecundum determinatam partem cęli, quia non eſt in loco, niſi per ſuam operationem. Et quia ex parte orientis motus ſecundum nos incipit, ideo ex parte illa videtur operari, & per conſequens ibi eſſe, & ideo illa pars cęli dicitur eſſe dextrum à quo incipit motus. Item notandum quod non eſt inconueniens angelos mouere corpora, cū & corpus lunare moueat mare, & adamas moueat ferrum contra ſuam naturam, & anima corpus ad diuerſas operationes. Item notandū per quem modum angelus moueat orbem, cum enim in angelis nulla ſit virtus niſi intellectiua, oportet quod eorum operationes ſint intellectuales, & quia omne tale agit per voluntatem, oportet quod agant quicquid agūt per voluntatem, & ideo oportet, quod motus cęli ſit voluntarius. Sed hunc modum agendi vel mouendi quidam vocant influxum, quidam autē virtualem contactum. Notandum etiam ſecundum quoſdam, quod ordo nobilitatis in corporibus non attenditur ſecundum ſitum, ſed vnumquodq; ponitur in loco ſibi magis conuenienti, vbi. ſ. eſt optimum ſibi eſſe. & ideo ſol & luna ſunt inferiora quibuſdam alijs corporibus ſtellarum. Sed quia continens eſt nobilius contento, ideo alijs videtur, q ſecundum nobilitatem attendatur ſitus. Cuius ratio eſt, quia ſecundum Philoſophum, cum ſuperiora ſint cauſa inferiorum mutabilium, oportet in eis eſſe aliquid, quod eſt cauſa permanentiæ, & aliquid quod eſt cauſa mutabilitatis. Permanentiæ autem cauſa eſt ſphera ſtellarum fixarum, & quia multas habet ſtellas, ratione diuerſorum effectuum eſt ibi abundantia lucis. Huic ergo ſphæræ, quæ eſt cauſa permanentiæ deſeruiunt, & cooperantur tres planetæ. ſ. Saturnus, Iupiter, & Mars, quantum verò ad cauſam tranſmutationis, ſiue mutabilitatis præeminentiam

Vide D. Tho. 11. q. 10. ar. 5.

Videtur op. Greg. hom. 24. & Dioniſij, c. 7. 8. & 9 cęl. hierar. Vide D. Thom. 1. q. 108.

Cap. 4.

Cap. 5.

Vide D. Thom. 1. q. 67. art. 4. ad 3. q. 104. ar. 2 c.

Lege D. Tho. 1. q 51. ar. 3. ad 3. & q. 52. ar. 2. c. & 1. diſt. 37. q. 1. art. 1. c. & habetur 8. phyſi. tex. co 84.

Attamē potētiam motiuā in angelis diſtingui à voluntate videtur dicere D. Tho. de potentia. q. 6. ar. 3. ad 2. & arti. 7. ad 12.

12. met. tex co. 38.

Vide D. Tho. q. 115. art. 3.

Vide D. Tho. 1. q. 67. ar. 4. ad 3.

Lege D. Tho. 2. cęl. li. 15. & 18.

tiam obtinet ſphæra ſolis, cui quidam ſeruiunt, & cooperantur ſphæra Veneris circa generationem, Mercurij ad multiplicationem indiuiduorum, & Lunæ ad recipiendos omnes effectus.

Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus non intellexit, quod primi orbis motor eſſet Deus per modum efficientis, ipſe enim ponit virtutem motoris adeo proportionari mobili, quòd ſi miminum corpus adderetur corpori mobili laxaretur virtus motoris in mouendo, ſicut dicitur in libro cœl. & mun. ſed ponit quòd Deus moueat cauſatum primum metaphorice, ſ. ſicut finis, & deſideratum. Vel ſi ponit, quod moueat per modum efficientis, non ponit ipſe quod ſolus moueat, ſed mediate virtute mobili proportionata. Vnde poteſt intelligi verbum ſuum per quandam appropriationem, & primariam influentiæ ſuſceptionem.

Lib. 2. tex. co. 71. 12. metaph. tex. co. 30.

Ad ſecundum dicendum, quòd ex illa autoritate non concluditur, quòd Deus immediate moueat, ſed quòd nihil mouetur abſq; diuinæ virtutis influentia, nulla enim virtus alicuius motoris poteſt operari ſine beneficio, & auxilio diuino.

Ad tertium dicendum, quòd non oportet primi mobilis motorem eſſe omnimode primum, vel omnimode immobilem, ſed ſufficit quòd ſit primum reſpectu aliorum motorum, & quòd ſit immobilis motu quo mouet. Non enim oportet eſſe ſtatum in motore primi mobilis ſimpliciter, ſed in genere creaturarum omnes enim creaturæ defectiuæ ſunt, & reducuntur in ipſum Deum, qui eſt principium, & finis omnium.

Ad quartum dicendum, quòd propoſitio non ſequitur. Ordo enim eſt inter corpora ſecundum tantam prædominantiam, & excellentiam, quod vnum poteſt ſimpliciter influere in alterum ſpiritus vero rationales, qui ſunt motores, & viuificatores corporum ſic habent gradum, & ordinem vt immediate à Deo perficiantur, & formentur & hoc eſt propter rationem imaginis, per quam ſunt ipſius Dei capaces. Ad illud autem, quod obijcitur, quòd mouentur à propria forma, quia ille motus eſt naturalis, dicendum quod motus ille per comparationem ad primum mobile naturalis dicitur, quia natura & figura eius illi motui cõcordant, nec oportet, quòd omne naturale ſit à principio intrinſeco ſicut à tota cauſa, ſed ſufficit, quod virtus intrinſeca cooperetur virtuti actiuæ. Ad aliud dicendum, quòd ad motum grauis non ſufficit ſolummodo grauitas, ſiue qualitas propria: immo concurrit virtus quinti corporis præter illa duo mouentia, quæ ponit Philoſophus, ſcilicet generans, graue, & leue, & remouens prohibens, & quia hæc ad motum cœli non poſſunt concurrere, oportet vt concurrat virtus ſpiritualis ſubſtantiæ. Ad illud quod obijcitur de diffuſione lucis, dicendum, quòd ille non eſt motus localis proprie, ſed magis alterationis. Vnde ſicut ignis poteſt calorem ſuum diffundere deorſum virtute propria, & tamen non ſe mouet de loco in quo eſt, ſic in cœleſti corpore intelligendum eſt eſſe. Ad illud iterum, quod obijcitur de neceſſario, dicendum eſt quod verum eſt de voluntate vertibili. Quamuis autem voluntas angeli ſit per naturam vertibilis, tamen per gratiam omnino inuertibilis efficitur, & talem ſubſtantiam intelligendum eſt eſſe cœli motorem, quod oſtendit ipſius motus nobilitas vniformitas, & neceſſitas, & quies futura, cum erit perfecta ſuperna ciuitas, ad quam conſumandam ordinatur finaliter angelica miniſtratio. Ad quam Deus nos perducat. Amen.

8. phyſi. tex. co. 32.

Naturam angeli eſſe vertibilem intelligeante adiectionem voluntatis, nam poſtea oĩno immutabilis efficitur. 1. q. 62. ar. 5.

Motus cęli ordinatur tãquam ad finem ad numerum electorum, de potẽtia q. q. 1. arti. 5. in c. 4. ad 6. Ver. q. 4 ar. 9. ad 13. De ſpiritualibus creat. ar. 6.

# SEX COPIOSISSIMI
## INDICES

[illegible]

## SVMMAE THEOLOGICAE
## D. THOMAE AQVINATIS

NVNC DENVO CORRECTI [illegible]

[illegible]

[illegible]

IN QVORVM CALCE COLLOCATVR

[illegible]

[illegible]



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVIII.

[illegible]

C 2a

Buchrestaurierung
Leipzig GmbH

Freie Universität Berlin